UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

Liber CCXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67596

Visual Library

Inauguratio ſolemnis Innocentii XIII. Papæ.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCXXI.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

Carolus Mediobarbus Viſitator & Legatus Apoſtolicus ad Sinenſium Imperatoris alloquium admiſſus.

Sæc. XVIII.
A. C. 1721.

Propior tandem Mediobarbo Pontificis Legato Sinenſis Imperatoris

Du Halde Hiſt. Sin. Imp. t. 3.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

conſpectum ſubeundi ſpes affulſerat; Tertio enim Calend. Januarii ſuæ Majeſtatis Nepos, unacum quatuor Mandarinis, aliisque duobus Aulicis ipſum viſum ibat, Imperatoris nomine exponens, Pontificem apud Majeſtatem ſuam ſummo haberi in honore ac propterea ſe miſſum eſſe, ut ejusdem Legato proſperum gratularetur adventum; de cetero autem novitates antehac invectas Majeſtati ſuæ diſplicere, eamque vereri, ne ulteriore diſſimulatione contentiones inter Bonzios inde exortæ ingraveſcerent. Ad hæc Legatus Imperatoris benevolentiam erga Pontificem, honoremque ſibi exhibitum grato animo rependens, perdemiſſe rogabat, quatenus ſua Majeſtas alloquii gratia tam fervidis votis expetita illum honorare dignaretur, viciſſim vero ſpondebat Legatus, nulli novitati locum fore; religionem enim Catholicam ſemper fuiſſe, & fore eandem, ſe autem impenſe ſupplicare, ut Imperator ab ea illud ipſum, quo ejus puritas a tanto tempore fuiſſet labefactata, auferri permitteret. Loquentem intercepit Pater Fan, eidem ſuggerens, quod ipſe inſolitis ab Imperatore honoribus eſſet cumulandus, dummodo Europæis indulgentior Tournonii Cardinalis indolentiam non imitaretur, ſecus acerbiſ-

Sect. 2. pag. 155. Viani Legat. della China p. 85.

ſima

sima quæque forent devoranda, cui Legatus, se Majestatis suæ gratiam memori semper animo habiturum, duntaxat respondit. Eodem tempore Imperatoris jussu omnes Europæi, qui in Aula degebant, unacum P. Josepho Suarez Peckinensis Collegii Superiore idem salutationis obsequium Legato delaturi advenerant, quos ipse singulari affabilitate excepit, eosque hortatus est, ut & ipsi suas vires & operam jungere vellent, quatenus fidei Catholicæ puritas in hoc Imperio, & concordia inter Missionarios reddatur. Reposuit ceterorum nomine Pater Pareninus, se nil eorum prætermissuros, quæ ad majorem Dei gloriam, sacræ Sedis, ipsiusque Legati honorem conferre crederent, exiguam tamen concordiæ spem affulgere. Dies erat ultima Decembris, qua *Ly Pin Chum* Mandarinus Legatum cum itineris sui sociis ad Imperatoris alloquium conduxit, cui in suo solio sedenti Mediobarbus Europæorum more vestitus, atque in genua provolutus Pontificis epistolam porrexit, quam Imperator de Ejusdem incolumitate scisitatus, *Cinsù* Eunucho tradidit, suamque vestem talarin martibus Scythicis pellitam, quam Sinenses *Vai Tau* vocant, exuit, eaque Legatum indui jussit, eumque e-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721. tiam ſibi convivam eſſe voluit. Abſoluto prandio Imperator Legatum, quem quatuor Mandarini ad thronum deducebant, interrogabat, an præter ea, quæ Mandarinis jam expoſuiſſet, alia Pontificis nomine referenda haberet? Legato autem reſpondente, ſe a Papa miſſum eſſe, ut de ſuæ Majeſtatis incolumitate certior redderetur, eique pro benevolentia religioni Catholicæ, & Miſſionariis exhibita grates rependeret, ſimulque precaretur, ut eandem fidem in ſua puritate per Pontificiæ Conſtitutionis obſervantiam conſervari permitteret, cui Imperator reſpondit, ſe de hoc in proximo acturum colloquio, nunc vero ſe ſcire velle, quid apud Europæos cum alis depicti homines ſignificarent, hac figura Angelos exhiberi, hocque modo eorum promptitudinem in exequendis Dei mandatis indicari, repoſuit Legatus: Imperator vero regeſſit, Sinenſes, ſi exactam Europæorum librorum notitiam haberent, fors haſce figuras merum eſſe ſymbolum, quod nullum contineret errorem, intelligerent, nunc vero absdubio veritatem ſubeſſe, vix eis perſuaderi poſſet. His dictis tria panni fruſta, quorum unum albi, alterum rubri, & tertium flavi erat coloris, Legato oſtendit, interrogans, quis fidem adhibe-

adhiberet homini dicenti, rubrum esse album, & album esse nigrum &c. Quo hæc collimarent, probe intelligens Legatus, haud incunctanter reposuit, quod Christus, quamdiu erat in terris, suam religionem, resque ad eam spectantes ipsemet per se direxerit, post suam vero ascensionem in Cælos earum Judices constituerit D. Petrum, ejusque Successores, quibus, ne in fidei controversiis, earumque definitionibus aut in legis Evangelicæ intelligentia fallerent, vel fallerentur, specialem Spiritus S. assistentiam promisit: *Quomodo autem*, opposuit Imperator, *Pontifex de Sinensium ritibus judicare potest, quas ipse nunquam vidit, nec cognovit, sicut nec ego de Europæorum rebus, quas nunquam cognovi, judicare auderem?* Nunquam ea mens insedit Pontifici, respondit Legatus, ut de Sinensium religione judicium sibi arrogaret, sed duntaxat de fide Catholica, & de rebus, quæ circa eam vel permittendæ vel abrogandæ essent, judicat: Postea Legatus suam rogabat Majestatem, ut cunctis Europæis, si eam quoquo modo offendissent, veniam dare velit, pollicitatione facta, deinceps cunctos pacis fore studiosos, & neminem indignationi ansam præbiturum. His contentus videbatur Imperator, ac recedente Legato cunctos Missiona-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

rios, qui ad ejus ſervitium deſtinati erant, adeſſe juſſit, ſingulosque interrogavit, quasnam ſcientias & artes profiterentur? quibus ad Imperatoris votum reſpondentibus, Legatus die prima Januarii dona a Pontifice ſubmiſſa tradere juſſus eſt.

§. II.

Alterum Imperatoris colloquium cum Legato Apoſtolico.

Halde & Vian. l. c.

Veſpere ejusdem diei Imperator per *Cinſù* Eunuchum Legato, ut Pontificis dona ſummo mane porrigeret, denuntiabat, ſimulque Patribus Barnabitis Ceſato & Ferrario indicabat, ut hi literas ſibi a Papa commiſſas ſuæ Majeſtati die ſecunda Januarii traderent. Eadem igitur die Legatus cum omnibus Miſſionariis ad Imperatoris Palatium delatus, Pontificis dona eidem obtulit, qui mirificam ex illis lætitiam capiens, viciſſim ad Legatum varia hujus Regionis munera transmiſit. Paulo poſt duo Eunuchi nomine Imperatoris Mediobarbo expoſuere, I. quod ab hujus Miſſionis exordio ſua Majeſtas minime recordetur, quod vel unquam ab ejus Majoribus, Proceribus vel ſubditis injuria Chriſtianis fuiſſet illata, ſecus ejusmodi vexationis reum ſevere caſti-

castigasset, II. quod Imperator nunquam de Europæorum ritibus, utpote sibi ignotis judicium ferre ausus fuerit, proin nec Pontifex Sinenses ritus, cum eos ex Sinensium libris intelligendo impar sit, dijudicare deberet, III. Denique Legatus a partium studio alienus, faciles aures Europæorum nulli daret, multo minus abjectis illis hominibus, qui multa falsa & injuriosa Pontifici insusurarunt, soli ergo crederet Imperatori, sicque totum negotium facillime expediri posset. Super hæc Eunuchi Legatum, ut nulla mora responderet, urgebant: Hic ergo reposuit, I. summum Pontificem omnesque Europæos maximam debitamque gratiam referre pro beneficiis huic Missioni, sacræque Sedi ab Imperatore ejusque Parente exhibitis. II. Utramque partem cum omni solertia, maturitate & studio prius a summo Pontifice fuisse auditam. III. Se non majorem uni, quam alteri parti fidem adhibiturum, sed pro officii sui ratione cunctis æquum fore, seque suæ Majestatis mentem in omnibus, quæ emergere possent, dubiis exploraturum. Dato hoc responso Eunuchi æque ac quidam Missionarii querebantur. quod ante Tournonii Cardinalis adventum Europæi in Sinensi Imperio magni habiti, postea vero vilipensi fuissent, spem Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

tamen fore, eos in priſtinam gratiam reſtitutum iri, ſi Legatus ſoli Imperatoris voluntati obſecundare intentus fuerit: Verum Mediobarbus, quorum impulſu hæc toties repeterentur, haud ignarus, duntaxat reſpondit, tam procul ab ipſo eſſe omnem creandæ moleſtiæ voluntatem, ut continuatam Imperialis patrocinii gratiam Europæis, ſacræque religioni noſtræ promereri, nullum non moturus eſſet lapidem.

§. III.

Quæſita ab Imperatore propoſita Legato coram Roveda Miſſionario & Patre Fan Sinenſi Jeſuita.

Vian. Relat. della Chin. pag. 101.

Dimiſſis Mandarinis Mediobarbus Viſitator Jeſuitas per quicquid ſacrum, ſanctumque orabat, atque obteſtabatur, quatenus nil induſtriæ ac laboris prætermittere velint, ut Imperatorem ad ſecundanda Pontificis vota, & poſtulata permoverent: Hi omnem quidem ſpondebant operam, Pontificis tamen decretum ejus eſſe naturæ ajebant, ut de Imperatoris aſſenſu merito dubitarent. Eadem die Mandarinus *Chao* Legatum viſum ibat, eique non impera-

Imperatoris nomine, ſed ex ſinceri amici officio ac impulſu (uti ſimulaverat) exponebat, ad placandum Imperatorem toties ab Europæis offenſum nil magis neceſſarium eſſe, niſi ut Legatus ſuæ Majeſtatis voto ac voluntati quadantenus ſatisfaceret: ad hæc repoſuit Legatus, ſe eo fine veniſſe, ut pro Europæis, ſi quo modo Imperatorem offendiſſent, veniam precaretur, ſimulque rogaret, ut Imperator ſanctæ noſtræ legis puritati, quam Pontifex ſuis decretis conſervare ſtuduit, ſuam protectionem impendere dignaretur, ut vero Imperatoris deſiderio ſatisfaceret, ſe jamjam quædam Bullæ temperamenta ad eum transmiſiſſe, atque etiamnum polliceri, ſe omnibus ejus poſtulatis ceſſurum, quantum ſalva ſua conſcientia, & juxta legationis ſuæ limites poterit. Interim Pater Fan cum Mandarino *Lypin Chum* & Eunucho *Cinſù* Imperatoris nomine interrogabat Legatum, an paratus eſſet interpoſita juramenti religione promittere, quod ſecretum quoddam conſilium ſibi ab Imperatore ſuggerendum ſoli Pontifici communicare, & pro interprete Patrem Fan admittere velit: Id quidem ſpondebat Legatus, poſtulabat tamen, ut ſe præſente hoc ſecretum in idiomate Luſitano, Latino vel Italo con-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

ſcriberetur, eo fine, ut ipſe totum arcanum Pontifici eo fidelius exhibere valeret: poſtea Mandarini Imperatoris juſſu Legato nuntiabant, ut protinus Aulam accederet, & Patrem Pereiram necnon Benedictum Rovedam Miſſionarium, qui Jeſuitis oppido propenſus a Legati Sacello erat, ſecum conduceret: Igitur Legatus Sinenſem veſtem, quam *Vai Tau* vocant, indutus, cum ſolo Patre Fan & Roveda ad alloquium admittitur, quid vero Imperator tum propoſuerit, coram ceteris Miſſionariis diu adeo religioſo premebatur ſilentio, ut etiam Pater Fan deſuper a multis interrogatus, ſemper reſponderit, vel minimum revelare, ſibi ſub capitis pœna eſſe prohibitum: Legatus tamen, cum Pontificem deſuper certiorem reddere teneretur, valde autem dubitaret, an non vel morte præventus, vel Peckini perpetuo carceri mancipatus, id per ſeipſum præſtare præpediretur, hujus colloquii relationem a Roveda exaratam Patri Vianio Confeſſori ſuo impoſita ſilentii religione conſignavit, atque addenda addidit.

Interrogabatur igitur Legatus ab Imperatore coram P. Fan Interprete, & Benedicto Roveda.

I. An

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

I. *An ea, quæ ſua Majeſtas proponere intendit, ſe ſoli Pontifici manifeſtaturos promitterent?* Id pollicebantur omnes.

II. *Utrum Pontifex ſæpius cum Legato conferat, & an inter Europæ Principes, in Germania, Galliis, & in Hiſpania tam ob religionem, quam propter profanas controverſias bella ferverent:* Reſpondebat Legatus, ibidem pro temporalium poſſeſſione bella geri, quantum vero ad religionem omnia eſſe conſtituta in pace.

III. Reponebat Imperator, *non mihi videtur, pacem in Francia vigere.* Rſ. quantum mihi conſtat, Francia fruitur pace.

IV. *In hac Aula noſtra alii dantur Legati, v. g. Moſcoviæ, Correæ, &c. non tamen in tanto habentur honore, ſicut Tu, quia Pontificis Legatus es* Rſ. Etiam nomine Pontificis propterea Majeſtati ſuæ grates rependo.

V. *Enimvero multa ab Europæis & præcipue a Mathematicis didici, eisque obſtrictus ſum, & nihilominus iis neglectis Tecum familiarius ago.* Rſ. ob ſingularem hunc affectum erga me, obſtrictiſſimus ſum.

VI. *Ut Tu pacis ſtudioſus & tranquillus permaneas, deſidero, & certus ſis, me hominibus abjectis, & ignobilibus, præcipue Pedrinio & Ripæ aures non præbiturum,*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

rum, Pedrinium enim mobilis ingenii hominem esse sæpius sum expertus; suntque mihi literæ in manibus, quibus ipsum talem esse, Te convincere possem, quas tamen, ne meum exasperarem animum, Tibi exhibere nolo: *scias autem, me nullius studio abripi, sed multis in occasionibus, semper tamen incassum, hos cum illis conciliare studuisse.* Respondit Legatus, nequiter hi egerunt, & Majestatis vestræ admiror moderationem, qua hos Europæorum defectus supportavit.

VII. *Procuravi insuper ad mutuam concordiam revocare ceteros Missionarios, qui ob Nationum diversitatem diversos etiam fovent affectus, minus vero capere possum, quod ipsimet Jesuitæ inter se discordes sint, præterea omnes Missionarios in unam domum congregare studui, ut sint ejusdem mentis & sententiæ, ast frustra, eorum enim unus se Clericum, alter Franciscanum, hic Jesuitam, ille Dominicanum esse dicebat, & mira prorsus mihi videtur ingens hæc discordia.* R. Offensiones Majestati Vestræ ab Europæis illatas deprecor, hacque de re singularis ejus patientia in tota Europa singulariter celebratur; ut ergo hæc discordia tollatur, V. M. mihi concedat, ut mihi cum illis agere liceat, omnemque adhibebo operam, ut illos in pace unire valeam.

VIII.

VIII. *Num te id effecturum, mihi ſpondes?* Ry. non quidem polliceri audeo, ſpero tamen. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

IX. *Quomodo autem Pontifex Viris adeo inter ſe diſcordibus, & rerum Sinenſium ignaris, quorum hic rem tali, alter alio modo refert, fidem adhibere, & de rebus Sinicis judicare potuit, cum tamen ego de Europæis judicare non auderem?* Ry. Pontifex audita utraque parte, & rebus diligenter atque exacte diſcuſſis, prout ipſemet teſtatur, definivit, ejusque definitio firmatur per aſſiſtentem Spiritum Sanctum, qui, ut Pontifices in fidei rebus errare poſſent, non permittit, de cetero autem Pontifex non de rebus Sinicis, ſed de rebus ad religionem ſpectantibus judicavit.

X. *Id eſſe nequit, repoſuit Imperator, quia Pontifex de rebus Sinicis male edoctus eſt: Amo veſtram religionem, & eundem, quem Vos, adoro Deum, & ſi Tibi quoddam occurrit dubium, veni ad me, & ego illud diſſolvam: Tecum, quamvis alienigena ſis, familiariter ago, quia Pontificis Legatus es, & tuam amo quietem, & ſalutem procuro.* R. Pro affectu in noſtram religionem, & venerationem erga Pontificem, propenſumque in me animum, humillimas refero grates, ac viciſſim polliceor, me in dubiis, in quibus alter-

Sæc. XVIII. A. C. 1721. terius arbitrio ſtare licet, ad Majeſtatis veſtræ oraculum recurſurum.

Hujus colloquii relationi, nonnulla Legatus ſubjunxit, & quæ Interpretis vitio irrepſerant, correxit, „& quidem „I. ad tertiam propoſitionem Legatus obſervavit, Imperatorem non dixiſſe: „*non mihi videtur, pacem in Francia vi-*„*gere*, ſed aſſertive pronuntiaſſe, quod „credere nequeat, Franciam obſervare „Conſtitutionem a Pontifice editam, „ac propterea Legatus reſponderit, quod „certo crediderit, ante quam ex Europa „diſceſſerit, cuncta fuiſſe compoſita, id-„que Ulyſſipone affirmatum fuerit: ve-„rum quidem eſſe ajebat, quosdam mi-„nus fuiſſe contentos, potiſſimos tamen, „eosque ſanæ doctrinæ addictos æquo „ſacræ Sedis judicio debitam præſtitiſſe „obedientiam. „

„II. Circa ultimam reſponſionem Le-„gatus certo confirmabat, quod Pon-„tifex a multis & præcipue a Je-„ſuitis probe de ritibus Sinicis fuerit „edoctus, ac inſuper ſcripta, quæ Pa-„ter Provana, aliique a ſua Majeſtate „ablegati attulere, examinarit, & ra-„tiones ab ipſis nomine ſuæ Majeſtatis „propoſitas diſcuſſerit, proin roget, „ut Ea perſuaſum ſibi habeat, quod „Pontifex pro officii ſui debito, & a „Spiritu ſancto ſingulariter adjutus in „ſta-

„ſtatuenda Regula, juxta quam Miſ- Sæc. XVIII.
„ſionarii fidem noſtram prædicarent, A.C. 1721.
„mature ac diligenter proceſſerit.

III. „In decurſu ſermonis Majeſtas „ſua dixerat, quod, quia Viri ab Ea in „Europam ablegati Sinas non fuiſſent „reverſi, nec ullum transmiſſum re„ſponſum, haud temere ſuſpicetur, eos „violenta morte conſentiente Pontifice „fuiſſe ſublatos: ad id vero repoſuit „Legatus, rogans Imperatorem, ut „ſublata hac ſuſpicione certiſſimus ſit, „Pontificis animum exhorreſcere ad „ejusmodi violentiam contra cujuscun„que Principis, multo minus Majeſtatis „ſuæ tantopere ab Eodem dilectæ Le„gatos intentandam; aliunde vero in„concuſſa lege in Europa ſtabilitum eſſe, „ut nulla omnino moleſtia Principum „Legati afficiantur, aliunde vero ho„rum mors nec Pontifici, nec religioni „ullo pacto proficua fuiſſet: inſuper „omnibus notum eſſe, quod navi„gia, quibus PP. Barros & Beavoliers „priusquam in Europam veniſſent, fue„rint undis hauſta, & quod P. Raymun„dus nondum in Italiam delatus, fue„rit mortuus, & Pater Provana poſt„quam Romæ ſingulari honore fuerat „exceptus, atque in Sinas remiſſus, „multa circa Pontificis mentem Maje„ſtati ſuæ oretenus referre juſſus fuerit.

IV.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„IV. Dicebat Imperator, quod Con„ſtitutio contra Ritus Sinenſes non ſpe„ctet ad religionem, ſed ſit vindictæ „Jeſuitis a Maigroto, Pedrinio & „aliis intentatæ genus: Poſtrema „hæc verba Pater Fan latine non red„didit, ſolus tamen Legatus ea perce„pit in colloquio diei decimæ Januarii, „ubi Imperator eandem hanc propoſitio„nem ſæpius repetiit, addiditque, ſe „idem jam in ſecreto colloquio de„claraſſe.

Finito hoc colloquio Imperatoris juſſu Legato pretioſæ veſtes dono fuerunt datæ, die autem quarta ejusdem Menſis viciſſim Legatus quædam munuſcula ſuo nomine Imperatori per Mandarinos obtulit: Præterea Pater Wolfgangus Carmelita excalceatus, & Scipelus Miſſionarius, qui ad Palatii fores ſubſtiterant, retulere, quod Imperator ad Pedrinium & Ripam hæc protuliſſet verba: *Legatus veſter eſt quidem Vir probus & prudens, in rebus vero gerendis parum exercitatus. Ego illum inſtruere, ſolusque cum illo hoc Religionis negotium componere volo. Vos interim cavete, nec ipſius animum perturbetis, ac propterea omnino vobis prohibeo, ne cum illo agatis.* Die nona Januarii Mandarinus *Chao* unacum PP. Mailler & Fan Legatum acceſſere, nomine Imperatoris nun-

nuntiantur, quod si ipse ex suis quempiam Romam decernere, & Pontificem de receptis a sua Majestate honoribus certiorem reddere vellet, illum quantocius Cantonem mitteret; ibidem enim Europæam navim proxime ad Indias in altum provehendam: Verum Legatus respondit, se id inscia sua Majestate minime ausurum, aliunde vero se nondum posse circa principale negotium certam Pontifici notitiam dare de Imperatoris mente, utpote non satis clara, in re ergo tanti momenti omnino expectandam esse decisivam ejus responsionem. His vero mox opposuit Mandarinus, sibi videri, seligendum esse Benedictum Rovedam, eoquod Imperator in pluribus occasionibus mentem suam sat aperte declarasset, & quod Pontificis Constitutionem in suo Imperio observari, permittere haud posset; Sinensem enim Nationem suorum Rituum esse tenacissimam, proin periculosos in Imperio tumultus inde orituros: His dictis discesserat Mandarinus, Legatus vero annosæ hujus vulpis fraudem & conductitiam obsequii simulationem subodoratus, rem prudenti silentio dissimulavit. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. IV.

Sinenſis Imperatoris deliberatio circa Ritus prohibitos.

Veſpere diei nonæ Menſis Januarii Mandarinus quidam juſſu Imperatoris ſignificabat Legato, ut altera die ſummo mane unacum Patre Raynaldo Maria Carmelita Excalceato, & Roveda Miſſionario ad alloquium veniret: Huic igitur mandato Legatus morem gerens, Palatium acceſſit, ubi cibis ab Imperatore ſubmiſſis refectus, a Mandarino *Chao* monebatur, ut cuncta ſibi mox proponenda attenta mente ponderaret; agi enim de concludendo legationis negotio, proin ad ſolidas reſponſiones Imperatori dandas ſe promptum, paratumque teneret: Paulopoſt Legatus unacum Raynaldo & Roveda, necnon Pedrinio & Ripa Interpretibus, & quatuor Jeſuitis ad alloquium admiſſus, ceteris in genua provolutis ipſe ſedere juſſus eſt: Eodem temporis momento Imperator hæc expoſuit: „Pervolvi Pontificis literas, in quibus non „ſine animi mei gaudio tria hæc percepi, I. gratiarum actionem pro beneficiis a me religioni veſtræ collatis, „II. ſollicitudinem de mea incolumitate „III. pollicitationem pro mea proſperi-

„tate

„tate ac ſalute preces ad Deum fun- Sæc. XVIII.
„dendi. Hæc multum grata accepta- A. C. 1721.
„que acciderunt: de cetero autem ve-
„ſter Pontifex non habet exactam co-
„gnitionem de Sinenſium ritibus: de-
„fuit enim ei copia converſandi cum
„hominibus in veritate noſtræ doctrinæ
„verſatis; egit duntaxat cum Viris
„nonniſi leviter paucisque quibusdam
„characteribus imbutis, his Pontifex
„fidem habere non potuit, ſicut nec
„ego me credo Patri Fan Sinenſi,
„quamvis pauca Europæa verba calleat.
„Præcepi quondam cuidam Patri Je-
„ſuitæ, ut pro me quasdam depingeret
„imagines, ille vero res ſuperſtitioſas
„eſſe ratus, renuit: Tum quidem rem
„diſſimulavi, paucis tamen poſtea die-
„bus ipſum ad comicum quemdam lu-
„dum invitavi, quo finito interroga-
„bam, an ea, quæ vidiſſet, depingere
„auderet, eo affirmante repoſui, hoc
„eſt idipſum, quod paulo ante pingere
„recuſaſti: ita in veſtra controverſia
„etiam eadem res ſub diverſa conſide-
„ratione diverſas induit facies, nunc
„apparet tanquam res ſacra, nunc
„pure civilis.„ Hæc loquentem in-
terpellare parabat Legatus, mox ta-
men ab Interpretibus, ne ſuæ Maje-
ſtatis ſermonem interrumperet, admo-
nitus ſiluit, Imperator vero ita proſe-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„quebatur: Ea, quæ in ſecreto collo-„quio dixi, repetere debeo, nimium, „quod ingens hæc lis inter Europæos „circa laudabiles ritus noſtros exorta „non ſit controverſia de religione, ſed „diſſidium a ſeditioſis abjectisque ho-„minibus excitatum. Doctrina de Ta-„bulis nec a Confucio, nec ab exteris „traditur, talisque doctrina in libris claſ-„ſicis, ſed duntaxat in quibusdam nul-„lius auctoritatis libellis, qui in foro „venales exponuntur, continetur: nec „Conſtitutio, quam veſter Pontifex e-„didit, eſt interdictum ad veſtram le-„gem pertinens, ſed mera vindicta con-„tra Jeſuitas, cujus incentores fuere „Maigrotus, Pedrinius & alii ejusdem „furfuris homines, qui ob peſſimos mo-„res expectatione ſua minus honorifice „ab ipſis habiti Romæ pleno alveo ef-„ſuderunt, quicquid eis privatum odium „inſpiraverat, non ſine noſtrorum ri-„tuum, totiusque Sinenſis Nationis „contumelia ac dedecore.„

„Supponamus, quod quispiam mihi „quosdam fructus ex ſuo horto præ-„ſente uno ex amicis, & alio ex ini-„micis ſuis dono daret; amicus equi-„dem, ut hos fructus gratos haberem, „inimicus vero, ut eos contemnerem, „perſuadere conabitur, ſi igitur amico „fidem haberem, dantem remunerari, „&

„& inimicum punire deberem; idem „etiam accidit veſtro Pontifici: quidam „Sinenſes ritus eidem tanquam inno„cuos, alii velut idololatricos, ſuper„ſtitioſos, & religioni Chriſtianæ con„trarios depinxerunt, & Pontifex po„tius his, quam illis fidem adhibuit, „eosque ſine perfecta cognitione pro„hibuit.„ Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Jamjam ad hæc reſpondere paratus erat Legatus, ſed denuo ab Interpretibus præpeditus eſt.

Tandem vero Imperator ad Legatum converſus ita concluſit, „edictum „meum proxime ad Te transmit„tam, in eoque mentem meam circa „Legationis negotium manifeſtabo, in„terim Tu mox expoſita mature pon„dera, remque gratam mihi facies, ſi „unum ex tuis nulla mora Romam ab„legaveris, ſis vero interim tranquillo „animo, & de exitu minime anxius. His dictis Legatus cum ſuis abire juſſus eſt, quin vel ullum verbum ſubjungere permitteretur, ſolus vero Pater Fan remanſit cum Imperatore clam collocutus, quin unquam, quæ acta fuiſſent, comperta haberentur.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. V.

Aliud colloquium Imperatoris cum Europæis.

Die decima tertia ejusdem Menſis injunctum eſt Legato, ut ipſe cum omnibus Europæis etiam infirmis ad Imperatoris alloquium altera die veniret; cunctis ergo ad Palatium confluentibus Imperator præcepit, ut Ripa interpretem ageret, eique in hoc munere præter Pedrinium opem ferrent Pereira, Bovet, Mourao, & Mairel Jeſuitæ. Præprimis igitur Imperator a Legato ſciſcitabatur, *an hi omnes ejusdem forent Nationis*, cunctos eſſe Italos præter duos Germanos reſpondente Legato, interrogabat Imperator, *cur diverſæ Nationis homines etiam in affectibus moribusque diverſi eſſent:* id a diverſa educatione provenire, repoſuit Legatus: Poſtea quæſivit Imperator: I. *num veſtra religio in univerſo orbe annuntiatur, vel datur Regio, in qua non exiſtunt Miſſionarii?* R. ubique prædicatur Evangelium, ibique exiſtunt Miſſionarii.

II. *In quibus Regnis ſunt Miſſionarii? num etiam in Moſcovia? erantne Regna, in quibus religio Chriſtiana prædicabatur, Sinenſi Imperio magis vicina, quam Europæ?* R. Præter alia Regna Thaini, Coc-

Coccincinæ, in Perſide, Japponia, imo & in Moſcovia erant Miſſionarii, eorumque nonnulli erant Sinenſi Imperio & alii Europæ magis vicini, cum autem Imperator ſubjungeret, in Moſcovia non fuiſſe Miſſionarios, Legatus ob dicentis reverentiam nihil reſpondit. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

III. *Omnes reliquæ Nationes in ſuis negotiis varias adhibent detortas vias & tergiverſationes, Sinenſes vero ad centrum tendunt recta via: Tu vero ſi quid dicendum occurrit, proſer, nec te conturbet concitatior vox mea; tecum enim diſputare volui, viciſſim & tibi cum contentione & energia loqui licet.* „Ad id repoſuit Le„gatus, tria ſibi occurrere, & quidem „1. Quod ſummus Pontifex per plures „annos omnè ſtudium & diligentiam „adhibuerit, auditaque utraque parte „nequaquam aliorum ſuggeſtione in„ductus, ſed a Spiritu ſancto inſpiratus „in controverſia Rituum Sinenſium, „infallibile ſuum judicium tulerit; ipſa„que hæc controverſia jam ſit deciſa, „idque teſtatum reddatur per libellum „ſupplicem Pontifici ſponte oblatum, „quo Societas tota *in Corpore* cæcam „obedientiam & perfectam obſervan„tiam decretorum circa ritus Sinenſes „ſpopondit, & noviſſime eadem Socie„tas Majeſtati ſuæ ſupplicavit, ut eo-

Vide ſupra t. 56. l. 215. §. 44. p. 185.

Sæc. XVIII. A. C. 1721. „rum obſervantiam Sinenſibus Chri-„ſtianis permittere dignaretur.„

Ad hæc reſpondit Imperator: *Etiam Conſucii doctrina per plura retro ſæcula ab Imperatore usque ad infimam plebem ſemper fuit obſervata, magnique habita,* mox autem ſubjunxit Legatus, „nec Ponti-„fex Confucii doctrinam evertere, ſed „duntaxat in Chriſtianis ea corrigere „intendit, quæ cum noſtra ſancta lege „convenire nequeunt: Hæc quoque „lex neminem cogit, ut illam ample-„ctatur & obſervet, ſed duntaxat illis, „qui eam profiteri volunt, inſinuat, „ut ab illis, quæ a ſummo Pontifice „nuper fuere prohibita, ſeſe immunes „ſervent.„

Quænam vero ſunt hæc prohibita? interrogabat Imperator, cui Legatus, *inter alia eſt cultus tabellarum non correctarum.* Tum vero Imperator ſubjunxit: *Hæc non eſt doctrina Confucii, ſed inventio ab exteris invecta, nec de re tam exigui momenti dijudicare mearum eſt partium, ſed potius Pro-Regum, & Mandarinorum, haud ultra ergo de illis ſermo fiat.* Repoſuit tamen Legatus, *ad Te tanquam omnium Tribunalium & Mandarinorum Caput, Pontifex me ablegavit, ut quosdam abuſus in Chriſtianis tolli, permitteres, ne noſtræ ſanctæ legis, quæ labem aut maculam non patitur, puritati detrimen-*

trimentum inferatur, & quamvis hæ res exigui esse momenti, Sinensi Nationi videantur, maximi tamen sunt in nostra sancta lege, quocirca Pontifex hanc tot votis exoptatam gratiam a sua Majestate obtinere sperat: Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Verum Imperator de his utpote rebus nullius momenti haud ultra mentionem facere, sed ad alia progredi voluit, Legatus vero opposuit, in hisce tabulis reperiri voces *Tien*, & *Xemdi*, quibus tamen Christianorum Deus exprimi non posset, *Etiam Tu*, opposuit Imperator, *variis nominaris nominibus, quæ tamen omnia idem significant, proin etiam vester Deus diversis nominibus exprimi poterit.* Ast legatus respondit: Justissimis ex caussis Pontifex præcepit, ut Deus noster solo nomine *Tien Chu* vocetur, ipse vero particulariter a Deo adjuvatur, *ut poneret nomen suum sibi.* His auditis Imperator, ut de his adeo levis momenti rebus ultra agatur, haud sustinens interrogabat, an Legatus crederet, quosdam ex præsentibus sese idololatriæ reos feciſſe, & si qui forent, eosque in Europam secum duceret, an rogi pœna damnandi: *Hac in re*, reponebat Legatus, *nullum summo Pontifici refragaturum, tantumque nefas commissurum confido:* Num vero, interrogabat Imperator, Matthæus Riccius

Sæc. XVIII. A. C. 1721. hujus Missionis Fundator erravit? respondit Legatus, erravit in aliquibus, sed innocue; nondum enim tum res a Sede Apostolica fuit definita: Cum vero Imperator scire vellet, in quibus is erraverit, Legatus subjunxit, in eo, quod tabellis non correctis uti, & Deum *Tien Xamdi* vocari permiserit. Verum de his denuo Imperator silentium teneri jussit, Legatus vero ad alterum progressus articulum dixit, se non obstante Pontificis judicio sperare, omnes Europæos in perfecta pace & fraterna charitate sine contentione & querela imposterum permansuros, eoquod sicut omnes in rebus fidei summo Pontifici, ita etiam æquis jussis suæ Majestatis obedire teneantur: Hoc sermone contentus Imperator hæc dixit; *nil melius dici potuisset, & quamvis huc disputatum venissem, mihi tamen, quod adhuc objicerem, non occurrit:* unde Legatus ad tertium progressus caput, pro Europæis, si suis defectibus Majestatem suam offendissent, veniam precabatur, rogans, ut omnes sanctam Legem in sua puritate deinceps prædicare permitterentur, his dictis in terram prostratus, semetipsum pro omnibus reum, & ad quodlibet supplicium paratissimum obtulit: Placuit hæc submissio maximopere Imperatori, qui Legatum surgere jussum

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

jussum solaturus, subjunxit, *optime egisti ac locutus es, nec melius agere vel loqui potuisses, nunc totum negotium est dilucidatum simul & finitum.* Insuper interrogante Imperatore, an alia, quæ proponeret, haberet, Legatus eundem rogabat, quatenus in hac Aula permanere, sibi liceret, ut eo commodius Pontificem subinde de suæ Majestatis incolumitate certiorem reddere, simulque inter Missionarios pacis conciliatorem agere, eisque ad Prædicatoris munus necessarias facultates concedere posset: ad hoc se alio tempore responsa daturum edixit Imperator, quem Legatus denuo rogabat, ut præteritorum immemor esse velit: Annuit Imperator, subjungens, *sicut ego omnibus veniam concedo, & præteritorum obliviscor, quamvis ferme nullum in hac causa a culpa immunem judicem, ita & Tu omnibus culpas dimitte, nullumque ob præterita castiga, sed imposterum unaomnes tanquam ejusdem familiæ fratres in pace vivant: postremo scire cupio, an ex Tuis quempiam ad Pontificem mittere velis?* Legatus itaque actis de tanta clementia gratiis respondit, se nil ardentius desiderare, nisi ut Pontificem non modo de tot honoribus, & beneficiis, sed præcipue de singulari gratia pro Religionis Christianæ libertate concessa certiorem reddere vale-

Sæc. XVIII. A. C. 1721. valeret: annuit imperator, nullamque moram esse interponendam asseruit. His dictis Legatum ceterosque omnes valere jussit, ac nonnisi Patres Jesuitas & Bovetum secum detinuit.

§. VI.

Hujus colloquii Successus.

Viani l. c. pag. 129. EX benigna hac Imperatoris mente Legatus, ceterique ejus Socii cuncta in Religionis Catholicæ bonum ad Pontificis votum fluxura, haud temere augurabantur: unde non mediocri lætitia ac voluptate perfundebantur omnes; ipse etiam Pater Murao Legatum & Pedrinium data dextera rogabat, ut præteritorum immemores cum ipso deinceps in gratiam redire velint, insuper Pater Dentrescoles, unacum quibusdam aliis Jesuitis de prospero Legationis successu, & benigna Majestatis suæ concessione Legato Apostolico gratulationis obsequium præstitere: Nihilominus idem Pater Murao ceterique tres Jesuitæ, qui huic colloquio intererant, mæstum, turbatumque animum & vultum præseferre videbantur, atque inter eos nonnulli palam edixere, parum in Imperatoris pollicitatione ponendum, eum enim nonnisi ironice fuisse locutum, quocirca Pedrinium & Ripam, de

de prona Imperatoris voluntate una-Sæc. XVIII.
cum Legato ejusque Sociis ovantes A. C. 1721.
& gratulantes increpabant, & Pater Murao subjunxit, aut Imperatorem pro more suo multa per Ironiam dixisse, aut Deum luculento prodigio ejus animum immutasse. Hæc inaudiens Legatus confusus animo nec auribus quidem & oculis constitit, quo animadverso Eunuchus *Cinsu* eum quieto ac tranquillo animo esse jussit, eoquod ejus negotium plene confectum esset, proin solius Imperatoris verbo & non aliorum cavillis intenderet: Paulopost PP. Suaresius & Bouetus Rovedæ Legationis Secretario retulere, quod Imperator post Legati discessum hæc ad illos verba dixisset: *ætate graves estis ambo, quiescite tandem, & reliquos vitæ dies transigite in pace, consolamini, lætique sitis, ego sum fidelis vestræ senectutis comes.*

§. VII.

Mediobarbi Legati Apostolici epistola ad Pontificem.

Eadem die decima quarta Januarii Mandarinus *Chao* Imperatoris jussu Legato insinuabat, ut epistolam, quam ad summum Pontificem mittere cogitaret, conscriberet, eamque ad Imperatorem deferret, quem vero cum eadem Ro-

Sæc. XVIII. A. C. 1721. Romam ablegare vellet ſua Majeſtas ejus arbitrio relinqueret, conſultius tamen foret, ut præ ceteris Patrem Raynaldum Mariam & Rovedam eo decerneret. Hunc utpote Pontifici nequidem facietenus cognitum mittere tergiverſabatur Legatus: id tamen diſplicuit Jeſuitis, qui Rovedam ea ex cauſſa excludi ſuſpicabantur, quia ipſis oppido addictus eſſet: cum autem Mandarinus *Chao* nuntiaret, Imperatorem omnino velle, ut Legatus hos duos Romam cum epiſtola ablegaret, aquievit ille, ſuamque epiſtolam confecit, hujus tenoris:

Beatiſſime Pater.

„Proſtratus ad pedes Sanctitatis veſtræ humillimas transmitto literas, „quibus Paſtorali ejus ſollicitudini plene ſatisfactum iri ſpero: ſola recordatio, & multo magis ſcripta narratio „cor meum ſummo explet gaudio. Quam „præclaræ ſunt gratiæ, quibus me potentiſſimus Imperator cumulavit atque etiamnum cumulat? nec ego calamo, nec Pater Raynaldus Maria a „S. Joſepho, & Benedictus Roveda ſermone, nec quivis alius facundiſſimo „ore & linqua Sanctitati veſtræ cuncta „explicare poterit, vincit relatio fidem, „omnemque eloquentiam. Profecto „am-

„ampliſſima, omnique commendatione Sæc.XVIII.
„digniſſima erat illius benignitas, qua A.C. 1721.
„mecum tanquam Oratore a Sancti-
„tate ſua ablegato in publico egit col-
„loquio, quod a me Regnique Proceri-
„bus pro ſingulari gratia, qua major
„vix concedi poſſit, ob honorum am-
„plitudinem non ſine admiratione ha-
„bebatur. Excepit me præſentibus
„Mandarinis generis nobilitate clariſſi-
„mis convivio lautiſſimo juxta ac ſplen-
„didiſſimo, propria dextera e ſolio ſuo
„tot aliis, iisque præclaris meritis
„ſplendido craterem mihi propinavit,
„pretioſis veſtibus, & patinis affabre
„elaboratis, aliisque copioſiſſimis donis
„auxit, meque magnificentia profuſio-
„re, quam ſpes, & vota mea, hono-
„ravit. Non raro ſingularem dignitatis
„meæ rationem habuit, meque tam
„in Aula, quam in domo exquiſitis e-
„pulis accepit, adeo, ut meus inco-
„latus hucusque continuatus favor ex-
„ſtiterit, nec a ſua Majeſtate, & po-
„tentiſſimo Principe majori in honore
„haberi potuiſſem, & quidem unice
„intuitu Sanctitatis ſuæ, cujus dona
„non minus ac ejusdem preces, quas
„pro illius incolumitate obtulit, pror-
„ſus eidem gratæ acceptæque fuere.

„Cum autem libera Sanctam legem
„noſtram in ſua puritate per Sanctitatis

„ve-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„veſtræ definitionem reſtituta in Im-
„perio prædicandi facultas vel maxime
„Sanctitati ſuæ cordi ſit, quoad prin-
„cipale hoc punctum non ſine gaudii
„plenitudine refero, quod heri ex collo-
„quio publico cum immenſo prorſus ſola-
„tio unacum Europæis receſſerim, eo-
„quod idem Imperator de veritate per
„meas propoſitiones convictus declara-
„rit, quod totum negotium circa ſanctam
„Legem noſtram ſit confectum, nec
„ulla deſuper haberetur controverſia:
„inſuper etiam Imperator tandem ad
„Sanctitatis veſtræ vota permiſit
„ut juxta preces meas ſancta Lex
„noſtra in ſua puritate prædicari
„poſſet. Poſtea omnibus injunxit, ut
„præteritorum immemores in continua
„unione & ſumma pace impoſterum
„viverent, ac ſi ejusdem familiæ con-
„tubernales eſſent. Eapropter ego,
„omnesque Europæi tam benigni Mo-
„narchæ beneficentiæ perdemiſſas gra-
„tias cum ſummo ac ſincero animi ju-
„bilo egimus: Omnium ergo noſtrum
„deſiderium eo abit, ut tam læta ejus-
„modi notitia ad Sanctitatis ſuæ thro-
„num pertingat, & ſuas totiusque Ec-
„cleſiæ preces pro conſervanda tam
„magnifici Benefactoris noſtræque Re-
„ligionis Patroni incolumitate eo fer-
„ventius, uti humillime ſupplico, ad
„Deum

„Deum noſtrum verum effundere va- Sæc. XVIII.
„leat. Profecto tam exoptatum bene- A.C. 1721.
„ficium ab omnibus Principibus, cun-
„ctisque Europæ Nobilibus celebrabi-
„tur. Enimvero ad gaudii mei comple-
„mentum tam felicem fauſtumque nun-
„tium fuſiore calamo proſequi deberem,
„temporis tamen anguſtiæ obſtant,
„quocirca humillime ad pedes Sancti-
„tatis ſuæ proſtratus Sanctam bene-
„dictionem exoro.„

Cham Chum Yven prope Peckinum die decima quinta Januarii 1721.

Sanctitatis veſtræ

Humillimus, devotiſſimus & obligatiſſimus Servus ac Filius Carolus Ambroſius Patriarcha Alexandrinus, & Legatus Apoſtolicus.

Hanc epiſtolam Legatus Apoſtolicus ſuæ familiæ Miſſionariis prælegit, quorum nonnullis, religionem prædicandi facultatem ab Imperatore fuiſſe conceſſam, nimis aſſeveranter enuntiari videbatur: Aſt Legatus reſpondit; vel Imperator hanc epiſtolam ad Pontificem mitti permittet, & tunc Imperator ſuo conſenſu hanc facultatem haud obſcure approbaſſe cenſebitur: ſi vero non permittet, tunc clarius mentem ſuam deſuper explicabit, & tum

Sæc. XVIII. A. C. 1721. juxta ejus declarationem epistola corrigi poterit.

§. VIII.

Legatus Apostolicus Pontificis Constitutionem in sua domo Sinice reddere jussus.

Vespere ejusdem diei Pater Wolfgangus a Nativitate B. V. Carmelita Excalceatus, & Scipelus a Palatio domum reversi referebant, quod Eunuchus *Cinsu* primo submissa voce cum Mandarino *Chao* collocutus, tandem contentiore voce in hæc verba prorumpere auditus fuerit: *Quid ad te, si Imperator Legati petitis annuere velit? cur id tibi displiceat?* Narrabant insuper, quod Imperator ad Jesuitas, Pedrinium & Ripam dixerit, eorum quosdam plus quam par esset, cavillari, nodumque in scirpo quærere: ipsis vero plenam Majestati suæ obedientiam spondentibus, interrogasse Imperatorem, quid ipsis de iis, quæ in nupero colloquio ad Legatum dixisset, videretur, eos vero respondisse, sibi videri, quod Imperator ironice fuisset locutus, mox vero Patrem Murao addidisse, *Optime facit sua Majestas, quod Papæ Legatum bene custoditum teneat:* Imperatorem vero Mandarinis præcepisse, ut omnia verba in

in postremo colloquio prolata exacte annotarent. Sequenti die Mandarinus quidam Patri Raynaldo Mariæ & Rovedæ præcepit, ut secum ad Aulam pergerent, Imperatoris jussa perciperent, & Legati literas Romam deferendi licentiam peterent. Paulopost Mandarinus *Chao*, & *Ly Tuli* Legatum Apostolicum visum ibant, eidem Imperatoris nomine suadentes, ut firmo esset animo, nec ad unam magis, quam „ad alteram partem inclinaret, Impe„rator autem in ultimo colloquio de„prehendisset, quod Interpretes in ex„plicanda ejus & Legati mente inter se „discordes, altercati fuerint, idque „non parum Imperatori displicuerit, „utpote quo exiguam erga Imperato„rem & Legatum reverentiam ostendis„sent, ac propterea Imperatori suspicio„nem ingessissent, quod in interpretan„dis Legati petitis, & Imperatoris con„cessione parum fideles fuerint: Excusabat Legatus Interpretes, dicendo, eos inter se non fuisse altercatos, sed duntaxat, ut cum majori integritate & claritate rem explicarent, mutuam opem sibi præstitisse. His addidit *Chao*, Imperatorem omnino velle, ut in nupero colloquio exposita plenæ luci darentur, proin desiderare, ut ipsemet Legatus media ad certam hujus rei

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVII A. C. 1721.

veritatem perveniendi ſuggereret: cum autem Legatus perſpicaciſſimo Principi conſilium dare, temerarium fore diceret, Mandarinus nomine ſuo tanquam amicus expoſuit, eam eſſe Imperatoris indolem, ut ad rei cognitionem ſenſim pervenire ſtudeat, nil ergo ſibi conſultius videri, niſi ut Legatus omnes Conſtitutionis articulos tam prohibitos, quam permiſſos ſcriptotenus proponeret, ſicque tam Sinenſibus, quam Europæis cognitum fieret, quid circa ritus Sinicos toleraretur, & quid non permitteretur. Legato autem reſpondente, ſe id ſine diſerto Majeſtatis ſuæ mandato facere haud poſſe, ſubjunxit Mandarinus, ipſam Conſtitutionem Imperatori exhiberet, rurſus autem Legato mandati neceſſitatem obtendente, Mandarinus repoſuit, hanc ipſam tergiverſationem indicare, in hac Conſtitutione aliquid Imperatori permoleſtum contineri: dum vero Legatus reſponderet, hac de re cum nullo alio præter Imperatorem agere, tam a Pontifice quam a ſua Majeſtate ſibi eſſe injunctum, Mandarinus ira efferveſcens diſceſſit, ac ſatellitibus præcepit, ut Legati Domum cingerent, & nemini (exceptis Peckinenſibus Jeſuitis) intrandi vel exeundi facultatem ſine Imperatoris mandato concederent.

Poſt

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Poſt prandium ambo Mandarini nomine Imperatoris Legato inſinuabant, quod Imperator tanquam tutiſſiſimum veritatis aſſequendæ medium elegiſſet ipſius Pontificiæ Conſtitutionis diſcuſſionem, proin Legatus ipſam exhiberet; hac enim via clare cognoſci poſſent a Pontifice prohibita; omnes enim contentiones & difficultates hucusque ſubortæ a ſolo Maigroto, qui ab Imperatore circa tres duntaxat characteres Sinicos examinatus nil reſpondere noverat, & a Pedrino aliunde Viro minus docto fuiſſent concitatæ. Ad hæc Legatus reſpondit, nec Maigrotum nec Pedrinium, ſed ſummum Pontificem rem dijudicaſſe, ejus vero judicium eſſe infallibile, ac propterea ab univerſa Eccleſia, & nominatim a Jeſuitis approbatum: His auditis diſceſſerunt Mandarini, mox autem die decima ſeptima alii quatuor ſupervenere, nuntiantes Legato, ſuam Majeſtatem mutaſſe ſententiam, nec ultra velle Conſtitutionem inſpicere, eoquod de fidelitate Interpretum, ſine quibus ea verti non poſſet, proin nequidem veritatis certitudo haberi, valde dubitaret, conſultius igitur eſſe, ut ipſemet Conſtitutionem in ſua domo finice redderet, atque in opem quoscunque vellet, Interpretes ſeligeret, factamque

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

versionem suæ Majestati consignaret, prius tamen ipsam Constitutionem per Patrem Raynaldum Mariam & Rovedam ad ipsum Imperatorem transmitteret. Annuit Legatus, eamque serico flavi coloris velo involutam Mandarinis tradidit, qui etiam nulla mora illam ad Aulam deportabant.

Vix hora effluxerat, cum iidem Mandarini, duo Regni Proceres, & omnes ferme Europæi reverterentur, ac Legato Imperatoris nomine rursus denuntiarent, ut Constitutio in Legati domo in Sinicum idioma transferretur: mox ergo PP. Mailer, Regis, Joannes Priano, & Ripa operi manum admovent; ast absoluta articulorum, qui per Constitutionem prohibentur, versione dubium movetur, an integra Constitutio, vel soli articuli prohibiti Sinice redderentur, urgente tamen Mandarino *Chao*, integra Constitutio in Sinicam linquam versa est. Pariter idem Mandarinus relationem ultimi colloquii Sinice exaratam produxit, quam tamen, utpote minus fidelem, Pedrinius redintegravit. Postmodum Mandarini primo Constitutionis versionem, postea Pedrinii relationem inter insulsos cachinos, & ludibria prælegerunt, a Legato sciscitantes, quænam esset veritati magis consentanea, Eo autem respondente, se

se utpote idiomatis Sinici minus gnarum, de eo judicare haud posse, proin ab Interpretibus in Sinensi & Europæo idiomate versatis exquirerent, utra relatio verior sit, instabant Mandarini, ut saltem ipse etiam nuperi colloquii, prout ei ab Interpretibus exhibita fuit, relationem conficeret: id altera die se facturum spopondit Legatus, qui etiam petitam relationem cum suis Missionariis conscripserat. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. IX.

Imperatoris Sinensis edictum contra Pontificis Constitutionem & Missionarios.

Die decima octava Januarii Legatus relationem Mandarinis ad se venientibus consignare parabat, hi autem de ea parum solliciti, edictum Imperatoris proprio suo chirographo rubris literis ad finem Constitutionis scriptum eidem tradiderant. Erat autem tenoris sequentis, *Legendo decretum istud, tantummodo dici potest, spectare ad homines viles Europeos, quomodo dici potest, quod spectet ad magnam doctrinam Sinicam, A fortiori cum Europæorum nullus sit, qui noverit literas Sinicas, plura reperiuntur indigna, nunc videndo decretum allatum a Legato magnam habet conformi-* *Viann. rel. Legat. pag. 147.*

Sæc. XVII A. C. 1721.

tatem ſectæ Idololatrarum ad paucas ſectas Hoxan Xi: habent inter ſe perturbatam diſputationem, qua major nulla eſſe poteſt. In poſterum non expedit relinquere Europæos, qui ſunt in Sinis ad propagandam ſuam Legem, quæ debet prohiberi, & ſic moleſta negotia evitabuntur.

Lecto hoc edicto, Legatus mox datis literis, ut religionem Chriſtianam prædicari, permittere dignaretur, Imperatorem rogabat, pollicitus, ſe in ceteris exactam Regiis juſſis obedientiam præſtiturum, cunctosque Europæos deinceps ſine contentione aut diſſidio pacem culturos: Has literas, ut omnes Europæi ſuo firmarent chirographo, admonuit Legatus, neminem tamen compulit. Subſcripſerant omnes Miſſionarii Congregationis de Propaganda fide, Jeſuitæ tamen obtendebant, quod hac petitione magis adhuc indignatio ſuæ Majeſtatis provocaretur, totiusque Miſſionis ruina per Jeſuitarum ſubſcriptionem promoveretur: nil autem conſultius foret, quam Conſtitutionis ſuppreſſionem: His vero repoſuit Legatus, ſe potius mori eſſe paratum, quam ejusmodi ſuppreſſione, quæ ejus facultatem excederet, Deum offendere: repetiit tamen Pater Murao, ex Conſtitutionis obſervantia totius Miſſionis excidium Legati culpæ im-

imputandum absdubio secuturum, ingens vero hoc periculum saltem dilata Constitutionis executione præcavere, Legatum esse lege Divina obstrictum, nec ipsum Pontificem hanc Constitutionem edere, illiusque observantiam præcipere, salva conscientia potuisse; eum enim de Sinensium ritibus male informatum certo certius, si in hac rerum vicissitudine præsens foret, decretum suum nunc revocaturum, de cetero autem Legatum esse obstrictum ad reddendam rationem Lusitano Regi, qui Constitutionis observantiam cum Missionis excidio urgeri, nunquam intendisset. Ad hæc Legatus ira commotior respondit, se Imperatorem sibi suisque sociis adeo benevolum & de Ecclesia tam bene meritum summo quidem in honore habere, se tamen teneri obedire summo Pontifici, a quo Constitutionem supprimendi potestatem adeo non recepisset, ut ipse potius hanc facultatem omnibus, cujuscunque dignitatis, vel conditionis forent, ademisset: si tamen Missionis ruina sibi imputaretur, malle se hanc maculam tolerare, quam sua inobedientia erga Pontificis jussa Deum sibi infensum reddere, imo velle se potius ad patibuli supplicium ab Imperatore damnari, quam ad Constitutionis suspensionem

Sæc.XVIII. A. C 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

induci: Postea Legatus summa mansuetudine Jesuitam ad saniora reducere sategit, qui tamen eidem arrogantius respondit, *neminem, præter Deum timeo*, cui Legatus, *si Deum times, reverere etiam summum Pontificem, ejusque Ministrum.* Interim vero Pater Mailer præsentibus quibusdam Missionariis ante cubiculi fores consistens asserebat, Constitutionem non esse dogmaticam, sed merum præceptum Ecclesiasticum cum gravi damno non obligans, seque etiam Romæ in faciem ipsius Pontificis hanc propositionem defendere, paratum esse: Hanc tamen verborum intemperiem excusabat Roveda, asserens, ea duntaxat intelligenda esse in hypotesi, quod ex Constitutionis observantia animarum, & Missionis ruina sequeretur: alii indignabantur novis Missionariis, eoquod Legatum ad suspendendam Constitutionem non compellerent, ad quod tamen obstricti forent, eoquod, arguebant illi, *Constitutio Pontificia sit purum ejus præceptum Ecclesiasticum, ejus vero observantia maximum damnum, scilicet Missionis jacturam inducat, proin nunc adeo non obliget, quin saltem sit suspendenda.*

§. X.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. X.

Mediobarbus Legatus Apoſtolicus a Mandarinis male habitus.

Mirabatur vehementer, & ſtomachabatur etiam Legatus, quod illi, qui ſanctæ Sedis auctoritatem ſeſe quam maxime revereri profitentur, poſt ſolemnem, cognitamque ejusdem Sedis definitionem tam indigne de ſummo Pontifice, ejusque Conſtitutione ac Legato loqui ac ſentire præſumerent. Ex hac agendi ratione plane exiguus Legationis ſucceſſus ſperari poterat; ipſe enim Imperator ſenſim Pontificem tanquam Virum nimis credulum deceptumque contemnere, necnon Legati Apoſtolici fidem ſuſpectam habere cæpit: Ad illius exemplum Mandarini Legatum albis dentibus liberrime deridebant, ac præprimis Imperatoris juſſu eidem exponebant, quod ſua Majeſtas in præſenti rerum viciſſitudine eidem haud ultra ſit permiſſura, ut in ejus conſpectum prodiret, ſed ſua Majeſtas ſcriptotenus cum eo deinceps ſit actura, & viciſſim etiam Legatus proponenda, per literas proponeret, & pro fideli ſcriptorum interpretatione ipſemet Interpretem ſeligeret, eoquod Europæi minus fideles eſſent. His addebant

Du Halde l. c. p. 154. & 155.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

bant Mandarini, se non capere, quo jure Pontifex Sinensibus jussa dare præsumeret, cum tamen hi ejus subditi non essent. Respondit Legatus, permolestum sibi accidere, se nullius culpæ conscium suæ Majestatis conspectu privari, se tamen etiam in hoc, sicut in omnibus aliis, quæ salva conscientia posset, suæ Majestati obtemperaturum, selectum vero Interpretis, se suæ Majestatis arbitrio relicturum, eoquod ei illorum fides diutius, certiusque cognita esset: Mandarinis vero reposuit Legatus, Pontificem nequaquam Sinensibus imperare, sed duntaxat Christianos a rebus Catholicæ religioni contrariis avertere: Postea Legatus de mediis Imperatorem placandi cum Jesuitis deliberavit, his vero nonnisi Constitutionis suspensionem suadentibus, non sine indignatione discessit, mox autem obviam habuit Mandarinum *Tsong-tou*, qui agitantibus furiis velut lymphatus, & amens in Legatum irruit, apprehensoque ejus collo (quod apud Sinenses summi contemptus species est) in eum convitia & maledicta congerens exclamavit, *propter te capitis periculum incurro, sed prius te occidam.* Hujus quoque Mandarini aliorumque famuli sæpius Legati Cubicularium adorti, alapas ei inflixere, barbamque evel-

Vid. t. 70. pag. 580.

evellentes eidem plures alias intulerunt injurias, quas honestas referre prohibet: Accesserat etiam Eunuchus *Cinsu*, qui Legato palam declarabat, quod Imperator Mandarinum *Tsong-tou* severe castigare decreverit, eoquod Legatum nec petita Imperatoris licentia, nec expositis legationis hujus caussis Peckinum conduxisset: cum vero Legatus tot ærumnis, molestiis, & afflictionibus pene confectus, macilentus vultuque pallidus esset, quidam Mandarinus Legato in faciem exprobrabat, quod ex livoris ac rabiei vehementia contra Imperatorem concepta pallescceret: hanc contumeliam haud dissimulandam ratus, reposuit Legatus, *tam sincera veneratione Imperatorem colo, ut nulla omnino adversitas eam imminuendo par sit, pallesco quidem, sed duntaxat ob intensissimum, quo crucior, dolorem, eoquod infortunatus ego votis suæ Majestatis satisfacere nequeam:* His dictis abiere omnes. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XI.

Apostolici Legati responsum ad Imperatoris edictum.

Vespere ejusdem diei rediere præfati Mandarini unacum Europæis, qui a Legato responsum ad nuperum Impera-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

peratoris edictum exegerunt. Hic ergo mox sequentem scripsit epistolam:

„Humiliter & fronte demissa legi „caracteres deductos ex illis M. V. pe„nicillo rubro descriptis. Ego veni ro„gaturus M. V. cum omni obsequio & „credidi, quod aliquæ permissiones, „quas habui a summo Pontifice, & „quas habui honorem porrigendi M. V. „possent mitigare, & facile reddere „meum negotium. Ego Nihil aliud „possum facere, nisi capite inclinato „petere veniam, & gravem patior do„lorem, quod mihi non pateat alius „modus, quo possim meam demon„strare sinceram venerationem erga „M. V. cujus Clementiam in terram „provolutus imploro: Carolus Ambro„sius Patriarcha Alexandrinus, & Le„gatus Apostolicus: Et si M. V. jubeat, „ibo ad pedes summi Pontificis, & „clare, fideliter, & sincere exponam „M. V. mentem.„

Has literas Sinice redditas Legatus Apostolicus Mandarinis tradidit, interim vero Satellites Pedrinium & Ripam Imperatoris jussu captivos abduxere, catenis quoque onustum ad carceres raptandum sparsere Patrem Visitatorem Laureati, & Patrem Josephum Pereiram, eoquod de Legato, dum adhuc Cantone [illegible]rabatur, honorifice locuti

locuti fuiſſent. Inſuper die decima nona Januarii advenerant quatuor Mandarini, unacum multis Jeſuitis, & Pedrinio ac Ripa militum ſatellitio ſtipatis. Hi nomine Imperatoris Legato expoſuere. I. Quod Imperator cum Legato, ſicut olim cum Maigroto diſputare velit, II. Quod multa Sinenſium nomina ab Europæis adoptata, & nominatim verbum *To lo*, a Cardinale Tournon, & nomen *Mà Que Itien* a Ripa, & verbum *Kialo* ab ipſomet Legato uſitata a diverſis ſectis Idololatricis deriventur, & nihilominus ea Sinenſes in ſano ſenſu accipiant. Pari ergo modo quædam, quæ recipiunt pravum ſenſum, in Conſtitutione prohibeantur, & tamen a Sinenſibus in recto ſenſu accipiuntur, proin non ſunt damnanda. III. Quod Imperator Conſtitutionem cum Maigroti decreto contulerit, eamque ei ſimillimam reperierit; cum ergo Chriſtiani Papam cum ſpeciali aſſiſtentia Spiritus ſancti definire aſſerant, Imperator dubitet, an non Maigrotus ſit Chriſtianorum Spiritus ſanctus.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XII.

Imperatoris notæ ad conceſſiones a Legato factas circa Ritus.

Prius-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Priusquam Legatus Apoſtolicus ad propoſita hæc capita reſponderet, Eunuchus *Cinſu* quatuor hiſce Mandarinis nuntiavit, ut nulla mora ad Aulam venirent, Imperatoris mandata percepturi. Hi ergo inde reverſi, edictum ab ipſomet Imperatore rubris literis conſcriptum, in quo reſponſa ad permiſſiones a Legato factas continebantur, Eidem conſignarunt. Erant autem ſequentis tenoris:

I. *Permittitur Chriſtianis uti tabellis mortuorum, in quibus ſcriptum ſit nomen & nihil ſuperſtitioſi, ad latus autem debet eſſe explicatio.*

II. *Circa ceremonias Confutii, ſi fiant ſicuti Magiſtro, permittuntur, ſed ſi in tabella ſint literæ ſuperſtitioſæ, debent emendari, & debet ſcribi ad latus explicatio. Tunc coram ſic emendata Tabella poſſunt cremari odores, accendi candelæ, apponi dapes &c. ejusmodi Ceremoniæ.*

Reſponſum. *Non affert fundamentum talis aſſertionis.*

III. *Coram mortuorum feretro poſſunt fieri conſuetæ Ceremoniæ, ſed non licet ſcribere literas ſuperſtitioſas.*

Reſponſum. *Idem ac ſecundum.*

IV. *Coram feretro ſi nullæ ſint ſuperſtitioſæ literæ, poſſunt afferri commeſtibilia: idem dicitur de cæremoniis in ſepulturis.*

Reſponſum. *In iſto articulo non clare apparet prohibitionis ratio.* Ego

„Ego Imperator a multis annis ne- Sæc. XVIII.
„gotia tracto, quod est, quod non est, A. C. 1721.
„quod verum, quod falsum, profecto co-
„gnosco ex prædecentibus arriculis sive
„capitibus. Ego olim per multos dies
„coram Maigrot disserui, & clare ostendi
„illi, nullo modo posse fieri: ille homo
„nequidem cognovit quinquaginta cha-
„racteres Sinicos, sive levioris sive gra-
„vioris momenti, illorum sensum non
„vidit, discurrendo perfecte convictus,
„magnopere fratus ausus non est ver-
„bum proferre, timuit, ne secundum
„Leges Sinicas morti traderetur. Ideo
„quæstiones illas agitare non est ausus,
„sed aufugit in Europam, ut illic ma-
„gis, ac magis negotia excitaret, &
„multitudinis corda perturbaret, unde
„vero magnus reus est Religionis Chri-
„stianæ & Imperii Sinarum rebellis.
„Ex illis omnibus prohibitionum pun-
„ctis nullum est, quod ad me non re-
„tulerit, nec in uno caractere reperitur
„discrimen, nisi ille esset rectus homo,
„quare huc non venit ad Sinas? Quin
„imo ex his, quos Ego misi in Euro-
„pam cum meis decretis, nec sillabam
„quidem responsi habui, & missi a me
„homines clam sunt occisi, & hæc om-
„nia veniunt ex ignorantia Maigrot,
„qui nequidem scribere duos characte-
„res absque errore scivit. Reddit fri-

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

„gidos magnorum ac parvulorum Si„nenſium animos, ex hoc nonne clare „apparet, quod ille ſit *Hoxau Xau*, „*Xi*, aliarumque hujusmodi pravarum „doctrinarum homo?„

Hoc edicto in Sinicam linguam verſo Mandarini inter cachinos & ſibillos ſubjunxere, I. quod Imperator hoc edictum per Moſcoviæ Legatum in Europam mittere, illudque ad omnes Europæ Principes, imo per totum Orbem diſſeminare decreverit. II. Quod Pater Bouvet ceteris Europæis minus ignarus Sinici idiomatis, Ritus a Papa prohibitos in Sinis permiſerit, ac propterea illum Papa deberet unacum Legato ad Eccleſiam Peckinenſem conducere, ut ibidem a Pedrinio & Ripa caſtigaretur. III. Legatus ex Jeſuitarum Templo lapidem cum inſcriptione *Kin Tien* ab Imperatore dono datum, ejusque Regio ſigillo munitum auferat, confringat, & Patrem Bouvetum ſuper fragmenta comburi jubeat. IV. Quod Imperator Patrem Provanam conſentiente Papa occiſum fuiſſe ſuſpicetur, eoquod hic, cum tamen non ſit propheta, in ſuo Brevi dixiſſet, ſe dubitare, an hic Pater vivus ad Sinenſe Imperium ſit perventurus. V. Quod hæc ſuſpicio adeo infixa hæreat Imperatoris menti, ut nequidem ratione a Jeſuitis adducta, ſcili-

scilicet omnes omnium Principum Legatos in Europa immunitate gaudere, inde evelli potuerit. Ad hæc Legatus lacrimarum, dolorisque vehementia oppressus respondere præpediebatur. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XIII.

Epistola ad Imperatorem Legati Apostolici nomine data.

Augebantur Legati angustiæ, animique cruciatus, dum Imperator in alio colloquio declarabat, quod cuncta circa Sinenses ritus inter se & Papæ Legatum ab adventu Tolo (*) usque huc agitata ex actis in Archivo repositis ad synopsin reducere, & diploma tribus linguis eo fine conficere decreverit, ut id in universum Orbem mitti posset, illudque per Moscoviæ Oratorem, uti Hic jam pollicitus esset, præcipue in Europa disseminaretur: Insuper omnes Europæos adesse jussit, eisque præcepit, ut hanc Synopsin latine redderent, eamque genuinam esse testarentur; Nominabantur etiam duo, qui hoc scriptum Romam deferrent, his peractis, *nolo*, addebant Imperator, *hac in causa judicem agere, dijudicent illam Europæi*, quibus dictis Eunuchus Mandarinum *Yong - tou* & Pa-

 trem

(*) Id est Cardinalis de Tournon.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

trem Pereiram Legati Interpretem torvo vultu aſpiciens, eis nomine Imperatoris denuntiabat, illos mortis reos eſſe, eoquod Imperatorem decepiſſent, eique inſinuaſſent, quod ea, quæ Pontificius Legatus proponenda haberet, Majeſtati ſuæ nullum faſtidium ſint procreatura. Hæc Imperatoris declaratio Legatum ſummo affecit mærore, cui familiæ ſuæ Miſſionarii ſuadebant, ut ſalvo ſuo honore potius in Europam reverteretur, quam ſuam dignitatem tot ludibriis, atque ærumnis ſine ulla optati ſucceſſus ſpe, imo non ſine manifeſto fruſtrationis periculo exponeret: Jeſuitæ etiam turbidam rerum viciſſitudinem deplorantes promptum tot malis Miſſioni jamjam agonizanti imminentibus remedium opponi, omnino neceſſarium eſſe aſſerebant, ne Legatus ad deſtruendam, non vero ad reparandam Miſſionem in Sinas veniſſe videretur: eapropter in id omni ope & opera incumbebant, ut Legatum vel ad differendam Conſtitutionis executionem, vel ad illam temperandam adigerent; hoc enim unicum ad placandam Imperatoris iram ſupereſſe medium, dicebant, quinimo Pater Murao in genua provolutus, per Jeſu Chriſti viſcera Legatum rogabat, ut ſua auctoritate uteretur & Imperatoris indignationem miti-

mitigare, ac tot animarum, totiusque Missionis ruinam præcavere haud cunctaretur. Ad hæc Legatus animo concidit, aſt ſibi tandem redditus reſpondit, ſe ad prævertendum Miſſionis detrimentum cuncta adhibiturum media, quæ tuta conſcientia & ſalva ſartaque Conſtitutione poſſet, circa hanc vero manus ſibi eſſe ligatas, haud ultra ergo de illius ſuſpenſione vel moderatione mentionem facerent: remedium enim ipſo malo pejus proponi: alia ergo magisque opportuna ſuggererent, ac ſcriptotenus traderent conſilia: Jamjam Pater Murao quædam conſcribere parabat, cum Pater Raynaldus Maria a S. Joſeph novas Legato inſidias ſtrui veritus, ſcribentem interrumperet, ab eo veniam petens ſcribendi ea, quæ ad Imperatoram placandum ipſe neceſſaria cenſeret. Hic ergo Legati nomine hanc conſcripſit epiſtolam. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Carolus Ambroſius Patriarcha Ale„xandrinus humiliter rogat Majeſtatem „veſtram, ut dignetur parcere omnibus „Europæis, & noſtræ ſanctæ religioni „& ſuſpendere diploma, quod per Mo„ſcoviam & alias Mundi partes mit„tere decrevit, Ego omni ſollicitudine „ibo ad ſummum Pontificem, eique „referam clare ſenſus tam a Majeſtate „ſua intellectos, quam mihi per Man-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„darinos sæpius intimatos. Interim „rem nullam innovabo, nullum actum „faciam, & res, prout sunt relinquam, „ceteraque omnia, quæ tum a Maje„state vestra, tum ab Excellentissimis „Mandarinis nomine Majestatis suæ „mihi indicata sunt, fideliter exponam. „Porrigo humillimas insuper preces „Majestati vestræ, ut assignet homines, „qui mecum veniant, & audiant, qua „fidelitate omnia repræsentabo summo „Pontifici, ut de hoc possit certificari „Majestas vestra, sicuti certiorem facio „M. V. quod, quantum in me est, quæ„ram honorem, ut iterum reversurus „possim me ante conspectum suum „sistere.„

Hanc epistolam Legatus, omnesque ferme Europæi approbabant, ex Missionariis tamen quidam existimabat, his verbis, *nullum actum faciam, nihil innovabo, res, prout sunt, relinquam*, suspensæ Constitutionis umbram præseferri: cum tamen hæc verba, *nullum actum faciam* a Patre Raynaldo ideo duntaxat posita sint, ut Imperatori insinuetur, quod Legatus circa lapidem *Kin Tien*, quem Imperator per ironiam auferri præceperat, nil novi moliri intendat; his autem verbis: *res prout sunt, relinquam*, indicetur, quod Constitutionem in suo vigore, quo nunc est,

est, relinquat: Eapropter huic Epistolæ Legatus suum apposuit chirographum, & sequentes Missionarii hoc modo subscripsere: *Et nos demissa fronte unanimiter subscripti idem a Clementia Majestatis vestræ cum lacrimis supplicamus, Joseph Suarez, Joachimus Bouvet, Franciscus Cardoso, Joannes Murao, Josephus Pereira, Honoratus Ferrarius, Philippus Maria Cesatus, Benedictus Roveda, F. Raynaldus Maria a S. Joseph, F. Joannes Dominicus Fabrus, F. Wolfgangus a Nativitate B.V. & Matthæus Ripa.*

Sæc.XVIII. A.C.1721.

§. XIV.

Legatus denuo ad Imperatoris alloquium admissus.

Paulopost Imperator libellum conscribi jussit, in quo omnia ad Legatum hucusque dicta, cunctaque ejus edicta succincte continebantur: paulopost Legatum cum suis Missionariis adesse jussit, eique per Eunuchum *Cinsu* exposuit, quod Imperator percepisset, eum ingenti afflictione pressum esse, quapropter miseratione commotus ipsum denuo ad sui alloquium admittere decrevisset: his dictis Imperator Pedrinio, militibus stipato propius ad thronum accedere, eorumque, quæ Legato expositurus esset, interpretem

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

agere præcepit, quo facto Legatum sereno vultu allocutus dixit, *Prateritis diebus Tibi remotis arbitris quædam insinuavi, quæ tamen nunc palam proferre volo, imo ea reddere publice, supervacaneum videtur; omnibus enim nota sunt dissidia & altercationes Europæorum in Sinis, prout clare apparet ex libello ad me delato, in quo Pedrinius Mandarinum Chao, & Jesuitas de multis machinationibus, dolisque contra ipsum comparatis postulabat: non ergo mirum est, siniſtras de Sinensium ritibus relationes Romam fuisse perlatas.* His expositis, pro more suo contra Maigroti inscitiam in lingua Sinica declamans, Legato declarabat, quod, si paratus esset, cum ipso disputaret, cui tamen Legatus respondit, se non ad disputandum, sed ad supplicandum fuisse missum, mox tamen reposuit Imperator, quod Pontificis Constitutionem cum Maigroti doctrina contuliſſet, eamque propter similitudinem non Pontificis, sed Maigroti esse suspicaretur: quamvis vero Legatus pluribus comprobatum redderet, quod Pontifex non Maigrotum, sed sanctæ, veræque Religionis nostræ conservationem, & puritatem respexerit, nihilominus Imperator multis parabolis ostendere nitebatur, Pontificem cæco venatori haud absimilem sclopetum suum, quem feriret nescius, explosisse. §. XV.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XV.

Epistola Legati Apostolici ad Imperatorem.

Tantopere sibi applaudebat Imperator in suis parabolis, ut Mandarinus *Chao* Legatum increparet, quod ad eas segnius, ac sine admirationis sensu respondisset; nec etiam propterea *Ly Pin Chum* contumeliis in Legatum effusis parcebat. Paulopost alii ad Legatum venere Mandarini, qui Imperatoris nomine exponebant, quod intra biduum ad Pedrinii libellum responderet: mox ergo Legatus has ad Imperatorem dedit literas:

Potentissime & Clementissime Imperator.

„Ex quo in hoc florentissimum Ma„jestatis vestræ Imperium perveni, adeo „insignes percepi favores, ut nunquam „majores viderim aut me exceptum „iri speraverim. Attamen unum est, „quod me adeo affligit, ut dolore op„primar, quod forte Majestati vestræ „displicuerim, vehementer autem do„leo, quod in mea non sit potestate, „ut possem Majestati vestræ satisfacere. „Quod M. vestræ significavi, fideliter „adimplebo, scilicet me omnino accu-

Sæc. XVIII. A. C. 1721. „rate repræſentaturum ſummo Ponti„fici, quæ a ſapientiſſima M. V. mente „fuerunt mihi indicata: ſublime M. V. „judicium apprime noverit Legatum „ſummi Principis non poſſe injuncti mu„neris limites transgredi, ſpero tamen „in poſterum magnam facturum inter „Europæos pacem, adeo a M. V. con„cupitam: antiqui Europæorum erro„res deleantur rogo, a memoria M. „V. & ſummus Pontifex, quando „audiet, quæ referam, non ſolum do„lebit, ſed cognoſcet, quorum ſit, vel „non ſit culpa. Libellum illum Do„mini Pedrini vidi, & quidem non ap„probavi, ipſum auſum fuiſſe moleſtare „M. V. & conqueri de ſuo proximo: „verum, cum lex Chriſtiana mihi cha„ritatis officia dictet, ſupplex peto ve„niam M. V. pro ipſo, qui forte triſti„tia aliqua correptus, aut dolore, „illum ſcripſit: ſemper major eſt Cle„mentia M. V. ſua culpa, & magis e„minebit, in parcendo benignitas: di„gnata eſt M. V. duos mihi concedere „dies temporis pro dando Reſponſo, ſed „libellum hunc ſupplicem mitto, ut dimi„nuam M. V. & Dominorum Mandarino„rum moleſtiam, cum nihil aliud habeam, „quod M. V. ſignificem, rogans, quod jam „in meo externo Libello M. V. ſcripſi, ut „citiſſime poſſim ſummum Pontificem „de

„de tam benigniter mecum actis cer- Sæc. XVIII.
„tiorem facere. CAROLUS AMBRO- A. C. 1721.
SIUS PATRIARCHA ALEXANDRI-
NUS & LEGATUS APOSTOLICUS.

§. XVI.

Mediobarbus Papæ Legatus denuo ad Imperatoris alloquium admissus.

Hac epistola Sinice reddita Pater Laureati catena ad collum appensa tanquam reus ad Aulam per lictores raptatus, a Mandarinis pro tribunali sedentibus inter alia accusabatur, quod Legati adventum Cantone Peckinum versus | invito Imperatore sollicitasset; qui tamen intrepido animo culpam omnem a se amoverat. Die autem vigesima prima ejusdem Mensis Legatus ad Imperatoris alloquium vocatus ceteros Europæos in Palatio congregatos reperit, ac post sumptum de more jentaculum imperatoris cubile ingressus est. Tum vero Imperator de Pedrinio rursum questus, ad Legati preces eidem veniam indulsit, eumque unacum Ripa libertati restituit, ipso autem Legato eandem gratiam pro Patre Laureati deprecante Imperator sermone ad alia converso asserebat, se Jesuitas haud majore ceteris Europæis affectu prosequi, sed duntaxat desiderare, ut omnes tanquam Fra-

Vid. supra t. 70. p. 580.

Sæc. XVIII. A. C. 1721. Fratres perfecto amoris vinculo conjuncti vivant, se tamen Pontificem maximopere venerari, nec unquam dixisse, quod ipse errasset, Christianam quoque religionem sibi placere: optare tamen se, ut tandem inter Europæos dissidia litesque cessarent. Cum autem Imperator pro gentis hujus genio mirifice parabolis ac similitudinibus delectaretur, per eas comprobatum reddere satagebat, Sinenses Ritus religioni Christianæ adversos non esse, hoc exemplo usus: si Christianus cum Mahometano pranderet, is Mahometismum profiteri non crederetur, aut si Medicus ex secta Bonziorum Christianum infirmum visum iret, non propterea Christianus diceretur esse Bonzius. His propositis Legatum ejusque comites allocutus dixit, velle se hodie omnes Europæos ad concordiam revocare, hancque controversiam componere, non ergo Legatus ad unam magis quam ad alteram partem inclinaret, sed in suis consiliis firmus persisteret: dein ad Jesuitas conversus eos monuit, ne ultra de hoc negotio verba facerent, sed ab omni contentione abstinentes tanquam fratres inter se viverent, & cum omnibus Europæis tam antiquis, quam recens appulsis deinceps in societatem coirent. Postea a

Legati

Legati domo excubitores amoveri, cunctisque eum invisendi libertatem concedi, Patremque Laureati Visitatorem liberum dimitti præcepit, ac denique a Legato sciscitatus est, utrum ipsemet Romam ire, vel duos sibi fidos eo decernere velit, cumque Imperator id ejus arbitrio relinqueret, Legatus declarabat, se unacum PP. Raynaldo Maria, Fabri, Viani, Calchi & Roveda Mense Martio Romam profecturum, ut summo Pontifici suæ Majestatis mentem, cunctaque beneficia & honores ab Eadem receptos ipsemet ingenue exponere posset, haud dubius, Papam ejus relationi majorem, quam fors Deputatis fidem adhibiturum: postea Legatus rogabat Imperatorem, ut permittere dignetur, quatenus duo illi Barnabitæ, aliique Missionarii Cantone relicti Provinciæ Ecclesiam administrare valerent; de hoc se alia occasione acturum respondit Imperator, hæc subjungens: *appropinquat novus annus Sinicus, postea discessus tui dies præfigetur, interim Peckinum contende ad domum, quamcunque tibi elegeris, fruere tua libertate, & bono sis animo, sisque persuasus, me sincera mente esse locutum, & ab omni partium studio alienum.*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XVII.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XVII.

Mediobarbus Visitator & Legatus Apostolicus Peckinum delatus.

Relat. della Chin. p. 180.

Die vigesima tertia Januarii Mediobarbus Legatus Peckinum advenit, ubi in Jesuitarum Lusitanorum Collegio prandebat, in Conventu vero Franciscanorum cubitum ibat; Patres vero Cesatus, Ferrarius & Calchi in æde S. Josephi, ceterique ad Majestatis suæ servitium destinati in domo Patrum Gallorum habitabant. Excipiebatur magno jubilo Legatus, officiosa etiam Moschi Oratoris salutatione sequenti die honoratus: Postrema autem anni Sinici die seu vigesima sexta Januarii unacum PP. Raynaldo Maria & Josepho Pereira & præfato Oratore ad Imperiale convivium vocabatur, quo finito Eunuchus *Cinsù* Imperatoris jussu Jesuitis Lusitanis insinuavit, ut in eorum Ecclesia pro Imperatoris incolumitate preces ad Deum funderent, quibus peractis ejusdem Imperatoris nomine (quin tamen alios præter Jesuitas Interpretum partes agere vellet) Legato exposuit I. se a sua Majestate ideo ad Jesuitarum Ecclesiam missum fuisse, ut illis indicaret, quatenus in postremo anni die pro salute Imperatoris Deum exorarent, hac-

hacque occaſione Imperatorem, cum Deum nominaſſet, uſum fuiſſe nomine *Xan Ti*, eumque ſimul injunxiſſe, ut Legato ſignificaretur, Imperatorem per hoc nomen eundem Deum indigitaſſe, quem Chriſtiani vocant *Tien Chù*, quamvis enim nonniſi unicus detur Deus, creator cæli, terræ & univerſi Orbis, hicque omnes proin Sinenſes æque ac Europæos gubernet, ipſe tamen diverſo nomine appellari queat. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

II. Suam Majeſtatem vehementer deſiderare quamdam inſignem Reliquiam Chriſtianam, quam ſecum deferre cuperet, ut ab infortuniis liberaretur, opemque inveniret. Imperatorem vero eam non in minori decentia ac veneratione habiturum, quam quiscunque etiam piiſſimus Chriſtianus habere poſſet. Hujus petitionis novitas Legatum ingenti admiratione defixum tenebat, die tamen prima novi anni, & ſexageſimo Regiminis *Kam ki* anno proſpera utriusque auſpicia gratulaturus per Eunuchum Imperatori obtulit Crucem, cui inſerta erat particula SS. Ligni Crucis Chriſti unacum duabus encauſto pictis tabulis, quarum una Chriſti Domini, altera B. V. imaginem referebant. Has Imperator Legato remi

Sæc. XVIII. A. C. 1721. remisit, Crucem tamen cum omni veneratione recepit.

§. XVIII.

Patris Laureati Visitatoris declaratio circa media pro incolumitate Missionis Sinicæ.

Die prima Februarii Pater Suarez a Roveda salutatus eidem declarabat, credere se, quod Pontificis Constitutio merum sit præceptum Ecclesiasticum I. quia in Constitutionis frontispicio non legatur *Constitutio*, sed *præceptum*, nec in titulo dicatur: *ad perpetuam rei memoriam*, sed ad *futuram rei memoriam*, II. quia ibi observantia omnibus inculcatur, *quantum in ipsis est*, quæ verba non fuissent apposita, si Constitutio esset absolute de fide, III. quia Pontifex de natura Rituum erat male edoctus. IV. Quia Pontifex magnam Constitutionis partem per permissiones sibi a Legato submissas retractavit. Altera die Pater Joannes Laureati Japonis & Sinarum Visitator ad Legati mandatum scriptotenus exposuit rationes, ob quas Missionarii munere suo post allatum Papæ præceptum fungi recusaverint: Erat autem hoc scriptum tenoris sequentis.

Duo

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Duo juſſit die 30. Januarii Dominatio veſtra illuſtriſſima & excellentiſſima præſentibus RR. PP. Sociis legationis & PP. hujus Collegii, primum ut ſcripto dem rationes, quibus moti Miſſionarii in civitatibus Sinis depoſuerint munus Miſſionariorum poſt allatum præceptum Apoſtolicum Anni 1715. Alterum, ut indicemus medium aliquod pro incolumitate Miſſionis.

Pro I. Prima ratio onus graviſſimum impoſitum conſcientiis noſtris, & fortaſſe majus quocunque onere impoſito homini Religioſo & Miſſionario inter infideles.

II. Nulla ſpes, imo poſitiva deſperatio aſſequendi ab accedentibus ad Baptismum & pœnitentiam ſacramentalem debitam diſpoſitionem, & ſincerum propoſitum renuntiandi hujusmodi ritibus, quia id ſibi impoſſibile eſſe dicunt: afferuntur paſſim a Miſſionariis eventus, qui hoc confirmant.

III. Metus gravis incurrendi frequentiſſime in graves cenſuras, quæ ab omni chriſtiano timendæ ſunt.

IV. Metus exponendi Chriſtianos periculo apoſtaſiæ, ſicut defacto multi receſſerunt ab Eccleſia per factam præcepti Apoſtolici publicationem.

V. Metus gravis exponendi animas perditioni æternæ, frequenter audivi-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

mus ab illis, qui periculo mortis liberati sunt, se ideo tantum promisisse obedientiam præcepto, quia alioquin ultimis sacramentis privandi forent, vel promisisse, si morerentur.

VI. Quia non habemus rationes, quibus Christianis suadeamus obedientiam: si illis proponimus siniſtrum sensum rituum, ipsi negant, & asserunt, se habere evidentes rationes in contrarium, si illis dicimus, Pontifex præcipit, respondent cum indignatione, contra illos, quibus Pontifex aures dedit.

VII. Propter dubia contra latitudinem præcepti, & modum illud publicandi.

VIII. Periculum ab Imperatore & Tribunalibus, tum pro tota Missione, tum pro nostro capite. Nemo ex patientia diuturna Imperatoris infert, periculum non imminere, ideo timendum, ne diu læsa fiat furor.

Istæ inter alias plures sunt præcipuæ rationes, propter quas cessatum est ab administratione sacramentorum, præceptum certe non est assecutum illum finem, quem sibi summus Pontifex proposuit, ut nempe omnes idem sentiamus, cum nunquam fuerint tot agitationes diversæ, quam post illud emanatum, adeo ut non solum unus ab alio

alio discrepet, sed plures ipsis non cohæreant, nunc administrando, nunc relinquendo administrationem, rursus reassumendo, iterum deserendo. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Ad secundum petimus, ut pro sua Sapientia & justitia ruinæ Missionis, & extremæ necessitati christianorum saltem provisionaliter consulat. In Collegio Pechinensi 2. Februarii 1721. Joan. Laureati Societatis Jesu, Visitator Japonis & Sinarum.

Hoc scripto offensus Legatus huic Visitatori exprobrabat, quod ore & calamo sinceram Pontificiis decretis obedientiam pro se suisque non ita pridem jurato professus, octo observandæ Constitutionis difficultates exponere auderet: Ast hic inter lacrimas & suspiria se violenter ad id a quodam adactum fuisse, & Constitutionis observantiam a suis obtineri haud posse fassus, declarabat, se hac urbe excessurum, & Sacramenta deinceps administraturum.

§. XIX.

Legatus Apostolicus ab Imperatore valere jussus.

Die quinta Februarii Imperator ad Urbem *Cham Chum Yven* profectus Legatum, ut biduo post illuc veniret, rogavit, qui ei ad alloquium die decima *Du Halde l. c. p. 156.*

Sæc. XVIII. A. C. 1721. quarta ejusdem Menſis admiſſo expoſuit, quod Religionis Chriſtianæ negotio jam confecto ipſe ad initium lunæ ſecundæ Macaoum proficiſci, ibidemque Europeæ navis opportunitatem præſtolari poſſet, ipſe vero literas ad Papam mittere nollet, eoquod ſui tituli, quos Tartatorum more apponere deberet, fors Pontifici minus accepti forent, ſique alii eos Romæ minus fideliter interpretarentur, mortis ſupplicio digni eſſent: ad hæc reſpondit Legatus, ſeipſum tanquam vivam epiſtolam ſummo Pontifici mentem ſuæ Majeſtatis fideliſſime expoſiturum, rogare tamen, ut pro ſuis famulis Peckini domum emere ſibi liceret; hanc ſuam petitionem ſcriptotenus tradere juſſus eſt, repulſam tamen tulit, eoquod potiſſimi cum ipſo in Europam reverſuri ſint, quamprimum vero ipſe in Sinas rediiſſet, de opportuna domo eis proſpectum iri ſpondebat Imperator, Legatus tamen in Urbe *Cham Chum Yven* ejusmodi domum, cum ad id Imperatoris licentia haud eſſet neceſſaria, coemit. Poſt prandium *Chao*, & Eunuchus *Cinſu* Imperatoris juſſu Legato munera Sinica ad Papam & Luſitaniæ Regem deferenda conſignabant, eidem inſinuantes, quod ipſe Peckinum, quandocunque libuerit, proficiſci,

cisci, seque ad iter suum accingere posset, dummodo die vigesima quarta vel quinta lunæ secundæ reverteretur, ut Imperatorem discessus sui causa postremo convenire posset. Die vigesima ejusdem Mensis Legatus cum suis, cunctisque Jesuitis Urbem *Cham Chum Yven* ingressus, Imperatorem adiit, ex cujus manu scriptum Sinicum recepit, in quo Imperator cuncta sua mandata, verba, & inter ipsum & Legatum a die vigesima quinta Decembris usque ad vigesimam septimam Januarii actitata contineri ajebat, postea ipsum interrogabat, quem secum in Europam conducere, & quid de duobus Religiosis, qui ejus adventum prænuntiabant, decrevisset: ad hæc respondit Legatus, se selegisse itineris socios Patrem Fabri, Viani & Rovedam, Patrem vero Cesatum tanquam Procuratorem Peckini relinquere, ac denique Ferrarium remittere Cantonem velit: interrogante autem Imperatore, an præter hunc adhuc alios Peckino Cantonem decernere statuisset, reposuit Legatus, Patrem Raynaldum Mariam & Calchium. Ast Imperator Patrem Raynaldum utpote sibi ob singularem prudentiam acceptissimum Peckini relinqui, & Patrem Cesatum Cantonem mitti, ceteros vero, qui Legatum in

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721. Sinas comitabantur, pariter usque ad Ejusdem reditum ibidem relinqui voluit.

§. XX.

Europæi scriptum Sinicum subscribere jussi.

Absoluto hoc colloquio, & Legato ad suam domum reverso Mandarinus *Chao* cum aliis præfatum libellum Sinicum attulit, ac Imperatoris nomine omnibus Europæis jam dudum in Aula degentibus præcepit, ut sua apponerent nomina. Ceteris prior P. Josephus Suarez Jesuitarum Lusitanorum Superior ita subscripsit: *Hæc sunt mandata Imperatoris Tartarico - Sinici, & responsa Illustrissimi Patriarchæ Alexandrini Legati Pontificii, & beneficia a sua Majestate collata suæ Dominationi Illustrissimæ, de mandato Imperatoris subscripsimus. Joseph Suarez Soc. Jesu:* postea ceteri omnes Jesuitæ subscripsere, qui etiam præprimis Missionarium Ripam ad id inducere moliebantur: cum autem hic, ceterique, quæ in hoc scripto continerentur, ignorarent, notumque essent, quod Jesuitæ, qui illud latine reddiderant, pro suo arbitrio quædam addiderint, alia deleverint (*) hinc incassum

(*) Id postea manifeste patuit ex styli & Phrasium diversitate, necnon ex hiulco sermonis contextu.

sum adhibitis Mandarinorum & Jesuitarum sollicitationibus, ac ipsius *Chao* minis, subscribere diu recusabat: tandem vero, ne Legato ac Missioni damnum inferrent, subscripsere, præmissa declaratione, quod nequaquam in veritatis fidem, sed duntaxat Imperatoris indignationem, indeque timendam Missionis ruinam præcavendi consilio suum nomen apponerent: Iisdem ex caussis Pedrinius postea sollicitatus subscribere renuit, & nequidem suadente Legato, declaratione, qua suæ subscriptionis fidem Ripa enervavit, uti voluit, eoquod non modo ipse colloquiis inter Legatum & Mandarinos non interfuisset, sed etiam quod hoc scriptum falsitatibus turgidum esse nosset: Hanc oppositionem edoctus Imperator, Pedrinium multis plagis mulctari, ex Aula raptari, gravibusque catenis vinciri, ac demum in carcerem conjici jussit. Incassum pro eo deprecabantur Legatus, Missionarii, & ex ipsis Jesuitis nonnulli; tanta tamen erat Imperatoris indignatio, ut edictum contra Pedrinium per Eunuchum promulgari, illudque ab ipso Pedrinio latine reddi juberet, hujus tenoris: *Pedrinius est nebulo infimæ sortis, heri noluit subscribere nomen suum, valde violavit Leges Sinicas, quotiescunque esset coram me, & diceret*

Sæc XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721

aliquid, quod ſpectaret ad Negotia ſua perſonalia, nolebat loqui, ſed injiciebat oculos in alios, ut interpretarentur. Hujusmodi malitioſi homines pauci ſunt in Sinis. Ex hoc modo agendi vereor, ne mittant nuntia, hoc eſſet aliud punctum adjudicandi ſuſpiciones ſummo Pontifici, ita ut non poſſit diſcernere inter verum & falſum. Ego jam perfeceram Negotia D. Maigrot in honorem Legati, nunc vero repeto D. Maigrot, ut illum puniam, & hujusmodi homines, quia violaverunt Leges Sinicas, ut video lex chriſtiana non poteſt exerceri in Sinis: melius erit, ſi non exerceatur, quia nulla amplius erunt negotia, nec contentiones; nec eſt alius melior modus.

Hoc ipſum edictum a Pedrinio ſubſcriptum Imperator Legato tradidit, ut illud Romam deferret, & omnibus, qui ab ipſo læſi fuiſſent, exhiberet, in gratiam autem Legati veniam Maigroto dedit, nec eum in Sinas ſibi mitti ultra petiit. Denique Legato honorifice dimiſſo Pedrinius catenis onuſtus Peckinum ad publicos carceres, in quibus capitali ſententia damnandi detinebantur, raptatus eſt.

§. XXI.

Ultimum colloquium Imperatoris cum Legato Apoſtolico.

Cum

Cum Legatus iteratis ſuis precibus pro Pedrinio interpoſitis nihil omnino proficeret, die vigeſima tertia Februarii Peckinum reverſus eſt, pro itinere ſuo neceſſaria diſpoſiturus. Sequenti die Eunuchus varias Sinenſes picturas, multas margaritarum libras aliaque munera pretioſa pro ſummo Pontifice & Luſitano Rege ad Jeſuitarum Collegium detulit, eaque præſente *Ly Pin Chum* Mandarino ſingulari ſolertia in ciſtas flavo colore tinctas repoſuitt. Alii vero Mandarini juſſu Imperatoris afferebant plura telæ ſericæ varii generis volumina, quorum quatuordecim Legato, octo cuilibet ex iis, qui eum in Italiam redeuntem comitarentur, dono data ſunt. Eapropter ipſe cum ſuis grates repenſurus ad Palatium Imperatoris reverſus eſt, ubi die prima Martii ab Eunucho *Cinſu* nuntiatum, quod ſua Majeſtas ad Legati preces Pedrinium vinculis quidem ſolvi, Gallis tamen Jeſuitis cuſtodiendum tradi præceperit; eadem autem die Legatus cum ſuis Imperatori valedicturus, in urbe *Cham Chum Yven* ad Palatium conducebatur, ubi Miſſionariis Legatum comitaturis una ex parte, & altera ceteris ſtare juſſis Imperator Legatum in ſedili gentis ritu adornato conſedere juſſit, gravitatem-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Du Halde Hiſt. Sin. Imp. t. 3. pag. 156.

Sæc. XVII. A. C. 1721. que Regiam ſingulari comitate condi-tam præſeferens his verbis eum allo-cutus eſt. „Jam ſcripta tradidi man-„data mea, tibi quoque oretenus ex-„poſita, unde plura addere ſupervaca-„neum: Auguror tibi feliciſſimum iter; „Habe curam tuæ ſalutis, quæ mihi „non minus quam propria incolumitas „cordi eſt, accelera iter tuum, nec „pericula aut inſidias time, ſecuritati „enim tuæ, quantum potui, jamjam „proſpexi; duntaxat maris inſidi in-„ſultus tibi ſunt timendi, omnia au-„tem undis in prædam relinquere non „hæſites, dummodo tuam ſalves vi-„tam, quæ ceteris longe pretioſior eſt; „Cantonem & Macoum ubi pervene-„ris, me de tua incolumitate literis „certiorem redde, & celebriora nova, „quæ in Europa occurrent, mihi na-„vium hoc anno in Sinas procurren-„tium beneficio ſignifices, exactam in-„ſuper notitiam a te expecto de bello „Moſcos inter & Suevos accenſo.„ His dictis Tartarorum more Legato dex-teram porrigens ſubjunxit: „Iter tuum „accelera, quantum fieri poterit, te „ſaltem evoluto triennio reverſurum „ſpero: tecum conducere memento „Medicum in ſua arte peritiſſimum, „aliosque artifices, paucos quidem, „prudentes tamen, pacis ſtudioſos,

„animo

„animo conſtantes; non tales, qui ex- Sæc. XVIII.
„pleta viſendæ regionis Sinicæ cupidi- A. C. 1721.
„tate mox in patriam reverti anhel-
„lant: Recordare etiam, ut tecum
„afferas mappas Geographicas longe
„exactiſſimas, & novos excellentesque
„libros mathematicos recens in Europa
„editos.„ His dictis Imperator crate-
rem vini propria manu Legato tradidit,
eumque ambabus ulnis amplexatus
per longius temporis ſpatium non ſine
maxima Mandarinorum admiratione
amica vi pectori ſuo adſtrictum tenuit,
ac demum inter teneras amicitiæ ac
venerationis ſignificationes illum va-
lere juſſit: Viciſſim Legatus hæc re-
ſpondit, „Majeſtas veſtra arctiore longe
„vinculo ſe mihi obſtrinxit, quam ut
„gratiarum ſuorumque beneficiorum
„partem ullam exſolvere per omne
„conſequentis ævi ſpatium poſſem: uti-
„nam benevolentiæ tuæ magnitudo ad
„incolumitatis ac gloriæ tuæ augmen-
„tum multiplici fœnore rediret: vige-
„bit in me meisque liberaliſſimæ Tuæ
„in nos voluntatis memoria nunquam
„interitura, quam exactiſſima juſſorum
„tuorum executione teſtatam reddere
„conabor, ac propterea cunctatione
„omni remota iter aggrediar, & quam-
„primum fieri poterit, ad Sinas rever-
„tar, ſpe fretus, me perdemiſſa Maje-
„ſtati

Sæc. XVIII. A. C. 1721. „ſtati Tuæ obſequia deferendi honore „beandum.„ Quamprimum Legatus e ſuæ Majeſtatis cubiculo exierat, mox omnes Mandarini ſingularem honorem ſibi ab ea exhibitum gratulantes teſtabantur, quod ab immemorabili tempore nunquam Sinenſis aliquis Imperator tot amoris & benevolentiæ ſignificationes etiam ſibi Chariſſimis imo nequidem propriis filiis exhibuerit.

§. XXII.

Mediobarbus Papæ Legatus in Europam reverſus.

Du Halde l. c. Die tertia Martii Mediobarbus Viſitator ac Legatus Apoſtolicus cum ſuis in Europam reverſuris Peckino Cantonem, comitantibus eum *Ly Tagin*, PP. Magaleo, & Joſepho Pereira, & Carolo Savieto, contendit ad hanc urbem: Cingebatur per tres leucas extra Peckinum honorifica Mandarinorum, necnon Ripæ & quorumdam Jeſuitarum corona: Morabatur Legatus quadriduum in Cantonenſi urbe, inde vero honoribus ſuæ dignitati congruis ubique exceptus, Macaoum die vigeſima tertia ejusdem Menſis venit. Priusquam vero e Sinenſi Imperio penitus excederet, Epiſtolam ſeu Inſtructionem Paſtoralem ad omnes Miſſionarios

narios die quarta Novembris Ma- Sæc. XVIII.
caoi ſcriptam transmiſit: Erat au- A. C. 1721.
tem hujus Epiſtolæ Paſtoralis tenor ſequens.

„Carolus Ambroſius Mediobarbus, „Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Pa„triarcha Alexandrinus, necnon in In„diis orientalibus, ac Sinarum Impe„rio, finitimisque Regnis & Inſulis „Commiſſarius, & Viſitator generalis „Apoſtolicus cum facultate Legati de „Latere &c. Omnibus Epiſcopis, Vi„cariis Apoſtolicis, ac Miſſionariis, qui „in prædictis partibus degunt, ſalutem „in eo, qui eſt omnium vera ſalus.„

„Benedictus Deus, & Pater Do„mini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſe„ricordiarum, & Deus totius conſola„tionis, qui conſolatur nos in omni „conſolatione noſtra, ut poſſimus & „ipſi conſolari eos, qui in omni preſ„ſura ſunt, per exhortationem, qua „exhortamur & ipſi a Deo. Nil ete„nim Nobis magis in animo fuit, ex „quo in Sinarum Imperium, Deo fa„vente pervenimus, quam cum iis om„nibus, qui in hac Evangelica vinea „laborant, os ad os loqui; deſideravi„mus enim videre vos, ut aliquid im„pertiremur vobis gratiæ ſpiritualis ad „confirmandum vos, id eſt, ſimul con„ſolari in vobis per eam, quæ ad in„vicem

Sæc. XVIII. A. C. 1721. „vicem est, fidem vestram, atque meam. „Verum, quia non sapientiam hujus „sæculi locuti fuimus, in timore, & „tremore multo fuimus apud vos, sa„tiusque duximus, ad sedandam tem„pestatem adversus Evangelicos Ope„rarios ingruentem, Nos in mare pro„jicere, ut vos jactari sinatis: Adju„tor noster nunc & erit ille Deus, qui „dedit Nobis in mari viam, & in aquis „torrentibus semitam. Veritatem di„cimus in Christo, non mentimur, „testimonium Nobis perhibente con„scientia nostra in Spiritu sancto; quo„niam tristitia Nobis magna est, & „continuus dolor adhæret cordi nostro, „quod præsentes non potuerimus so„lari vos, ut fructum aliquem habe„remus, & in vobis, & in cæteris „gentibus. „

„At vero, quod non licuit per præ„sentiam agere, saltem per epistolam „non impedimur. Primum quidem „gratias agimus Deo nostro per Jesum „Christum pro omnibus vobis; qui Spi„ritu sancto ferventes, & fortes, sanctæ „Sedis mandatis rationabile exhibetis „ministerium vestrum, jactantes cogi„tatum in eum, cui a Domino dictum „est: pasce oves meas, cui traditæ sunt „claves Domus David; si aperit, non „est, qui claudat, si claudit, non est, „qui

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„qui aperiat. Quotquot estis, mactę animis, vigilate, state in fide, viriliter agite & confortamini, quia mercęs vestra magna est in cælis. Ministerium vestrum implete, attendite vobis, & doctrinæ. Lucernæ estote, non minus lucentes exemplo, ac Zelo prædicationis ardentes. Si qui vero adhuc essent hæsitantes, & in opere non efficaces, obsecramus vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Non amplius invicem judicemus. Unusquisque vestrum pari humilitate, ac obedientia sanctæ Sedis mandatis obsequatur, ut vestra obedientia in omnem locum divulgetur. Non enim opus est, ut aliquem actum faciamus, ut Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XI. mandata jam promulgata vobis innotescant, vimque habeant, ut absque ulla tergiversatione executioni mandentur. Nihil proinde innovamus, sed relinquimus res, prout sunt; hoc est, nullatenus constitutionem super ritibus Sinicis a Sanctissimo Domino nostro Clemente Papa XI. die 19. Martii 1715. emanatam suspendimus, aut quæ in ea vetantur, permittimus. Ob

„ali-

Sæc. XVIII. A. C. 1721. „aliqua tamen quibusdam Miſſionariis „circa quasdam cæremonias peragi „conſuetas ſuborta dubia, ut quilibet „in vinea Domini ſtrenue, ac viriliter „laborare queat, nonnulla adnotamus, „quæ permitti poterunt: & quæ ſepa„ratim unicuique ſecundum quæſita „dediſſemus, niſi compertum Nobis „eſſet, unacum incertis nuntiis jam „diſſeminata, proborum animos, & „Chriſti fideles bonæ voluntatis non „parum perturbaſſe. Omni igitur, quo „poteritis ſtudio, ac diligentia curare „debetis, ut gentium cæremoniis pe„nitus ſublatis illi ſenſim a Chriſtianis „& pro Chriſtianis uſu recipiantur ritus, „quos Catholica Eccleſia pie præ„ſcripſit.„

Poſtea octo illas conceſſiones, prout eas jam in Tomo LXX. pag. 619. recenſuimus, ſubjunxit, ita demum proſecutus:

„Apoſtolici ergo Viri Eccleſiam ex„hibentes non habentem maculam, „neque rugam, ponant manum ſuam „ad aratrum, nec reſpiciant retro. Vi„dete fratres vocationem veſtram, non „enim auditores legis juſti ſunt apud „Deum, ſed factores legis juſtificaban„tur. Obſecramus itaque vos, ut „digne ambuletis vocatione, qua vo„cati eſtis, ſolliciti ſervare unitatem „ſpi-

„ſpiritus in vinculo pacis. Ne diutius Sæc. XVIII.
„agamus ſecundum poteſtatem, pater- A C 1721.
„ne vos commonere voluimus per epi-
„ſtolam. Amabilem illum Patremfa-
„milias, qui exiit primo mane condu-
„cere operarios in vineam ſuam, au-
„dite: quid hic ſtatis tota die otioſi?
„ite & vos in vineam meam. Vocem
„Patris perpendite, & illam Judicis
„timete. Ipſi vos probate; virtus e-
„nim Dei erit vobis in auxilium, &
„plenam miniſterio Verbi Dei functi
„recipietis mercedem, immarceſcibilem
„nimirum a Paſtorum Principe gloriæ
„coronam. Ne quis vos ſeducat ina-
„nibus verbis obedire veritati. Sci-
„tote, quod obedientes voci ejus, qui
„miſit vos, rationem non eritis reddi-
„turi pro animabus, ſed unusquisque
„veſtrum pro ſe rationem reddet Deo.
„Quicunque ſub diverſis prætextibus
„ceſſandum ſibi putat a miniſterio Miſ-
„ſionarii, lædit animam ſuam, & de
„alienis æterno Judici rationem red-
„det. Quam dabit homo commuta-
„tionem pro anima ſua, & pro alienis?
„Deus eſt vitis vera, vos palmites:
„qui non ferent fructus in eum, are-
„ſcent tanquam palmites; & collecti,
„& alligati in faſciculos ad comburen-
„dum mittentur in caminum ignis in-
„extinquibilis. Reſpicite Dominum

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

„noſtrum Jeſum Chriſtum, ſecus viam „ambulantem, qui in fici arbore nihil „invenit, niſi folia tantum, & ait illi: „nunquam ex te naſcantur fructus in „ſempiternum. Si aliqui palmites jam „diu converſi in amaritudinem, qui ex„ſpectabantur, ut tandem facerent „uvas, ſpinas ſuper ſpinas adjeciſſent, „væ, væ, a die iræ, a die furoris, & „indignationis Domini? attendite ad „verba, quæ mandat vobis per ſervum „ſuum Dominus adhuc miſericors. Re„vertimini ad Deum veſtrum, manete „in eo, qui manens in vobis purgabit „vos, & deſideratos cunctis gentibus „fructus afferetis. Apoſtolico ſatisfe„ciſſe nos muneri judicamus, non e„nim ſubterfugimus, quominus annun„tiaremus omne conſilium Dei vobis, „ut nullam excuſationem habeatis de „peccatis veſtris. De cætero, quot„quot eritis obedientes, fratres, gau„dete, perfecti eſtote, exhortamini, „idem ſapite, pacem habete; & Deus „pacis & dilectionis erit vobiscum.„

„Cum vero ad promovendam in „Neophitis debitam decretis Apoſto„licis obedientiam, præſentium noſtra„rum literarum notitiam iisdem Neo„phitis minime neceſſariam eſſe, ſed „ſatis eſſe, eos in viam Salutis diri„gere, juxta Pontificiæ Conſtitutionis

„præ-

„præſcripta, compertum ſit, ne quis „eorum, ad quos præſentes literæ di- „rectæ ſunt, cujuscunque Ordinis, aut „Inſtituti, aut Congregationis ſuerit, „aut Societatis etiam Jeſu, præſentes „literas, aut quæ in eis continentur „(exceptis permiſſionibus, quæ qui- „dem caute, & ubi neceſſitas tantum, „aut utilitas poſtulaverit, patefacien- „dæ erunt) ſive directe, ſive indirecte, „per ſe, vel per alium voce tenus, aut „ſcripto in linquam Tartaram, aut Si- „nicam vertat, aut quocunque modo „cuilibet, qui Miſſionarius non ſit, nota „faciat, ſub excommunicationis latæ „ſententiæ, a qua nonniſi a Nobis, aut „a ſummo Pontifice (præterquam in „articulo mortis conſtitutus) abſolvi „poſſit, & quoad Regulares etiam pri- „vationis vocis activæ, & paſſivæ, pœ- „nis, per contrafacientes ipſo facto „absque alia declaratione incurrendis, „tenore præſentium vetamus, & in „virtute ſanctæ obedientiæ prohibemus. „Datum Macai in Palatio noſtræ Reſi- „dentiæ die quarta Novembris Anno „Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo vi- „geſimo primo.„

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Præ ceteris in hac epiſtola admirandum eſt, admodum caute & prudenter Mediobarbum Patriarcham ac Legatum annotaſſe 1. quod hujus ſuæ

Sæc. XVIII. A. C. 1721. epistolæ notitia non sit necessaria ad promovendam in Neophitis erga Pontificia decreta observantiam, sed ad id sufficere notitiam & vim ipsius Constitutionis Pontificiæ ac II. propterea hanc epistolam verti, aut eam aliis, qui Missionarii non essent, palam fieri interdixerit, III. quod ejus permissiones nonnisi caute, & duntaxat, ubi utilitas vel necessitas id postularet, evulgandæ essent. Hisce cautelis Patriarcha haud obscure indicavit, quod has permissiones nonnisi invitus & maximis animi angustiis pressus, anceps & perplexus evulgarit, ac solummodo spectata præsenti rerum vicissitudine œconomia quadam pro loci temporisque circumstantiis tum prorsus necessaria usus fuerit, id nunquam permissurus, si libertas sibi data fuisset rem discutiendi cum Episcopis, aliisque doctis Viris, qui nihil aliud, quam Christiani cultus puritatem, & Apostolicæ Constitutionis observantiam ante oculos habuissent. Unde perperam & contra expressam Patriarchæ voluntatem egerunt illi, qui, ut Constitutionem juxta has permissiones interpretandi obtentum haberent, ejusdem epistolam in Sinensi Imperio divulgarunt, ac propterea Franciſci Episcopi Peckinensis instructiones Pastorales, quibus

Diæ-

Diæceſis ſuæ Miſſionariis Conſtitutionem: *Ex illa die* juxta Mediobarbi permiſſiones obſervari præcepit, a Clemente XII. Anno 1735. prohibitæ fuerunt. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XXIII.

Cadaver Cardinalis de Tournon a Mediobarbo Patriarcha Alexandrino Macao Romam translatum.

Cum autem Mediobarbus Legatus Macaoi ſeſe ab Epiſcopo, Gubernatore & Senatu regiis pene honoribus excipi, ſibique debitam venerationem & Pontificiis decretis plenam exhiberi obedientiam cerneret, firmam conceperat ſpem, hos quoque peroptaturos, ut Cardinalis Tournonii, qui ibidem Apoſtolicæ conſtantiæ Martyr obiit, memoria debitis honoribus decoraretur: eapropter die octava Decembris præfato Macaonenſi Gubernatori ſignificabat, quod venerabile hujus Eminentiſſimi Legati cadaver ſecum Romam deferre, deliberatiſſimum haberet, nec ipſum huic conſilio adverſaturum ſperaret, eoquod Joannes Luſitaniæ Rex, ut hanc translationem libere permitteret, diſertis ei verbis præcepiſſet. Initio tergiverſabatur Guber-

Vit. Card. Tourn. t. 1. pag. 147. Vian. l. c. pag. 254. Holberg. Hiſt. univ. part. 4. fol. 148. Hiſt. univ. t. 8. u. 950.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

nator, veritus, ne aliorum querelæ desuper motæ ad Regis solium pertingerent: cum vero Mediobarbus Gubernatorem de potenti summi Pontificis protectione apud Regem, certum faceret, ipsiusque Episcopi consensum ultro obtinuisset, pariter Gubernator acquievit, sacrumque hoc depositum transferri consensit: unde Legatus unacum omnibus suis ad Ecclesiam Cathedralem progressus, præsente Episcopo, Eminentissimi Cardinalis ossa ex humili & antiquo tumulo sublata cistæ pretiosæ jamjam ad id præparatæ inclusit, quæ noctu navi Regiæ, qua Legatus olim in Sinas devehebatur, clam imposita est. Sequenti die Legatus, comitantibus eum Episcopo, Gubernatore, & Senatu, ac militum Præfectis, & confluente innumero pene populo, eandem navim conscendit, ob exortam tamen tempestatem portu solvere præpeditus, triduo substitit; interim vero sparsa per Urbem notitia de translato Cardinalis cadavere varii disseminabantur sermones & querimoniæ, ac præcipue non pauci gravissimam Sinensis Imperatoris indignationem fore timendam jactabant: his rumoribus nonnihil commotus Patriarcha, aliquamdiu dubius hæsit, tandem vero Pontificis, Lusitanique Regis patrocinio confisus,

fisus, die decima tertia Decembris cum sacra hac sarcina in Europam vela fecit, atque Anno hujus sæculi vigesimo tertio Romam venit, ubi eadem veneranda Cardinalis ossa die vigesima septima Septembris ante Altare majus in Ecclesia Collegii de Propaganda solemni ritu recondita fuere. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XXIV.

Decisio a summo Pontifice facta circa controversiam de succedendi jure in Decanatu S. Collegii.

Jam ante biennium Clemens XI. Papa in secreto, ut vocant, Consistorio Cardinalibus pollicebatur, se Viros doctrina, prudentia & pietate insignes selecturum, qui Pauli IV. Constitutionem, qua successio in Decani officio stabilita fuerat, diligenter excuterent, & si quæ alia ad hujus causæ momenta conferre censuerint, attente exquirerent, demum vero accurate cuncta eo fine perpenderent, ut Pontifex, quod hac in causa ad majorem Dei gloriam, sanctæ Sedis utilitatem, ac sacri Collegii honorem magis conferre arbitrabitur, decernere posset. Recruduit hæc controversia, dum die decima tertia Januarii hoc anno Fulvius Astallius S. Collegii Decanus obierat; tum

Vid. t. 70. pag. 379. Orat. Consist. Clem. XI. pag. 162. Hist. univers. Period. VII. part. 8. c. 8. pag. 854.

Sæc. XVIII A. C. 1721.

enim hæc dignitas soli Sebastiano Antonio Tanaræ, utpote Cardinali antiquiori, tempore hujus vacationis in Curia Romana præsenti, competere videbatur; reclamabant tamen Cardinales de Judice, Ursinus & Pamphilius, qui per Causidicos longe celeberrimos sua jura tueri nitebantur, eo quod Tanara in Cardinalatu junior, ipsi autem in Cardinalitia dignitate antiquiores essent, licet tum extra Curiam degerent. Hujus rei discussionem Pontifex particularis Congregationis Patribus commisit: Eo autem comperto Cardinalis Pamphilius ultro prætenso juri cessit, cujus etiam exemplum sequebatur Franciscus Cardinalis de Judice: nihilominus Vincentius Petra S. Congregationis Episcoporum Secretarius, Marefuscus Pontificius Auditor, Lancetta, Cerrus, Herrera S. Rotæ Auditores, Ansideus S. Officii Assessor, & Prosper Lambertinus particularis hujus Congregationis Secretarius jussu Pontificis convenerant, reque mature discussa die vigesima octava Februarii decrevere, consulendum esse summo Pontifici, ut declarare velit, quod vi Constitutionis Pauli IV. Decanatus S Collegii ad Cardinalem Tanaram, utpote Cardinalem antiquiorem, & in Curia Romana tempore vacationis præ-

præfati Decanatus præsentem, devol- Sæc. XVIII.
vatur, illi autem Cardinales, qui licet A. C. 1721.
antiquiores, tempore tamen hujus vacationis, a Curia, & quidem nec ex publica causa, nec ex Pontificis destinatione, absentes fuerunt, ab hujus officii successione excludantur, quamvis in Diæcesibus, quarum administrationem ex dispensatione Apostolica retinent, residerent. Insuper audita Cardinalis de Judice cessione iidem Patres rogarunt Pontificem, ut declarare velit, ex hujusmodi cessione nullum in futuris Decanatus vacationibus censeri irrogatum fuisse præjudicium Cardinalibus ejusmodi jura foventibus. Hæc Prosper Lambertinus rétulit summo Pontifici, qui utrumque Congregationis decretum confirmavit, ac die tertia Martii in secreto Consistorio totam rei seriem Purpuratis exposuit, & Cardinali Tanaræ hanc Decani dignitatem asseruit. Hunc vero sermonem ad congregatos habuit Pontifex.

„Duo jam lapsi sunt anni, ex quo „occasione obitus bon. me. Nicolai S. „R. E. Cardinalis Acciaioli, Episcopi „dum viveret Ostiensis, & Veliternensis, „vestrique Collegii Decani orta fuit „dubitatio circa sensum constitutionis „fel. rec. Pauli Papæ IV. Prædecessoris „nostri, qua ejusdem Collegii Decana-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„tum perpetuis futuris temporibus, „nonnisi ad Episcopum Cardinalem an„tiquiorem in Romana curia præsen„tem, aut ex caussa publica absentem, „atque extra eamdem curiam per Ro„manum Pontificem destinatum de„venire posse sancitur. Ambigebatur si„quidem a plerisque, num constitutio„ne prædicta adversus Cardinales a Cu„ria hujusmodi absentes lata compre„henderentur, seu potius excluderen„tur Cardinales promotione antiquio„res, qui occurrente Decanatus vaca„tione ab ipsa quidem Curia abessent, „sed apud illas Ecclesias reside„rent, quas eis in administrationem „retinere etiam una cum aliqua ex „illis Ecclesiis Suburbicariis, quæ Car„dinalibus antiquioribus assignari so„lent, ex consueta hujus sanctæ Sedis „indulgentia permissum esset. Et sane „ejusmodi rei ambiguitas, cum nullis „adhuc præfatæ sanctæ Sedis definitio„nibus discussa, ac dirempta esse vi„deretur, animum nostrum adduxerat, „ut eam expendendam librandamque „demandaremus, sive dilectis Filiis Rotæ „Romanæ Auditoribus, sive aliis hu„jus curiæ Prælatis, quorum sententiis „judiciisque suffragantibus id demum, „quod rationi & æquitati consentaneum „visum Nobis fuisset, decernere po„tuisse.

„tuiſſemus. Verum dum in hac deli- Sæc. XVIII.
„beratione verſaremur, ut probe noſtis, A. C. 1721.
„Venerabilis Frater Noſter Vincentius
„Maria Epiſcopus Portuenſis S. R. E.
„Cardinalis Urſinus, quem unum, tan-
„quam ceteris ſuis Collegis promotione
„priorem, tam ad Decanatus dignita-
„tem quam ad Oſtienſem, & Veliter-
„nenſem Eccleſias (memorata Pauli IV.
„ſepoſita Conſtitutione) antiquitatis
„jura vocabant, ſecum animo repu-
„tans hanc rem absque aliqua con-
„tentione tranſigi minime poſſe, diſerte
„& quidem non ſemel, Nobis ſignifica-
„vit, ſe firmiter conſtituiſſe ſuper iſtius-
„modi Negotio a quavis concerta-
„tione, ſeu litis ſpecie prorſus abſti-
„nere, addiditque inſuper, ſe Beneven-
„tanæ Eccleſiæ jamdudum obſtrictum
„reperiri. Sacri vero Collegii Decano,
„eidemque Oſtienſi, ac Veliternenſi Epi-
„ſcopo multiplices curas, nec levem
„pro animarum regimine vigilantiam
„incumbere, optare ſe proinde, atque
„etiam obteſtari, ut quacunque ſui ra-
„tione poſthabita, dignitatem Deca-
„natus, tunc vacantem Epiſcopo Car-
„dinali ex reſidentibus in Romana cu-
„ria antiquiori deferre vellemus, illi-
„que pariter Eccleſiarum Oſtienſis, &
„Veliternenſis optionem permittere-
„mus, ea tamen adjecta declaratione,
„ut

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„ut ſimili in poſterum occurrente De„canatus vacatione, ſalva & illæſa re„manerent, ſi quæ eſſent, jura Epi„ſcoporum Cardinalium, qui Cardina„latu quidem eſſent antiquiores, ſed „extra eamdem curiam in prioribus „ſuis Epiſcopatibus tunc reſiderent „Hinc Nos tam enixis ac vere lauda„bilibus optimi Cardinalis precibus „annuentes, bon. me. Fulvio tunc Epi„ſcopo Sabinenſi ejusdem S. R. E. Car„dinali Aſtallio, qui ex Epiſcopis Car„dinalibus in Romana Curia reſiden„tibus antiquior erat, prædictam De„canatus dignitatem deferri, ſimulque „earumdem Oſtienſis ac Veliternenſis „Eccleſiarum optionem absque ulla „majori cunctatione permiſimus, ſal„vis tamen & ampliſſime præſervatis „juribus, quæ de cætero ſimilibus in ca„ſibus quovis modo competere poſſunt „Epiſcopis Cardinalibus antiquioribus „extra dictam curiam apud ſuas prio„res Eccleſias reſidentibus, dummodo „e converſo ſalva itidem eſſent jura alio„rum quorumcunque antiquiorum Car„dinalium in eadem curia tunc com„morantium. Quinimo, ne prædicta „Pauli IV. Conſtitutio ancipiti diutius, „varioque ſententiarum judicio in am„biguum, atque incertum traheretur, „neve de cætero ſuper ea controverſiæ

ullæ

„ullæ aut dissensiones inter Cardina- Sæc XVIII.
„les oborirentur, vobis ea occasione A. C. 1721.
„similiter declaravimus, fixum decre-
„tumque Nobis esse viros aliquot do-
„ctrina ac prudentia insignes deligere,
„qui & ipsam Pauli IV. Constitutionem
„diligenter excuterent, & si quæ alia
„ad caussæ momentum contulissent,
„attente inquirerent, & accurate per-
„penderent, ut ita deliberatione ma-
„tura adhibita, illud tandem hac in re
„statuere possemus, quod ad majorem
„Dei gloriam & cultum, ad Apostolicæ
„Sedis utilitatem, ad Ordinis vestri
„honorem, atque ad animarum salu-
„tem conducibilius esse arbitraremur.
„Verum hoc ipsum a Nobis susceptum
„consilium, ac Vobis ex hoc eodem
„loco significatum exequi sustulimus,
„quia cum Decanatus dignitatem, ac
„simul supradictas Ostiensem & Veliter-
„nensem Ecclesias, obtinuisset memo-
„ratus Cardinalis Astallius, cujus
„vegeta ætas, ac integra valetudo
„longe diuturnioris vitæ spem Nobis
„merito faciebant, ejusmodi negotium
„quamcunque moram facile posse
„pati censuimus. Cum tamen inscru-
„tabili Divinæ Providentiæ consilio
„factum sit, ut prædictus Cardinalis
„Astallius opinione nostra celerius
„ab humanis decesserit, statim secuto

„ejus

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„ejus obitu, ut quod a Nobis jamdu„dum ſtatutum fuerat, absque ulte„riori mora impleremus, ſeptem hujus „Curiæ Præſules Doctrina atque inte„gritate præſtantes deputavimus, illis„que rem totam commiſimus, ut probe ac „mature diſcuſſis & perpenſis rationum „momentis, quæ hinc inde afferri pot„erant, & de quibus eos plene inſtrui „curavimus, ſuum circa verum ſenſum „memoratæ Conſtitutionis Pauli IV. „judicium proferrent, quidque in hujus„modi Negotio juſtitiæ ac veritati con„ſonum ipſis viſum eſſet, Nobis indi„carent. Iisdem porro Præſulibus com„miſimus pariter aliam controverſiam „ſuper eodem Decanatu excitatam in„ter Venerabiles Fratres noſtros Se„baſtianum Antonium Epiſcopum Tu„ſculanum Tanarium, ac Franciſcum „Epiſcopum Prænestinum S. R. E. Car„dinales de Judice reſpective nuncupa„tos, primum quidem antiquiorem in „Epiſcopatu, ſed Juniorem in Cardi„nalatu, ſecundum vero juniorem in „Epiſcopatu, ſed antiquiorem in Car„dinalatu, atque ex ſpecialibus in ſuo „caſu concurrentibus rationibus mino„rem Epiſcopatus antiquitatem ſibi mi„nime obeſſe contendentem. Verum „cum idem Cardinalis de Judice prius„quam ſecunda hujusmodi controverſia „depu-

„deputatorum Præſulum examini ſub- Sæc. XVIII.
„jiceretur, cuicunque ſuo juri cedere A. C. 1721.
„exiſtimaverit, ea dumtaxat adjecta
„conditione, quod in futuris Decana-
„tus vacationibus nullum ex ſua ceſ-
„ſione præjudicium illatum intellige-
„retur iis Cardinalibus, quibus ſimilia
„jura competerent, nihil circa eandem
„ſecundam controverſiam (petita ju-
„rium hujusmodi præſervatione ex-
„cepta) a prædictis Præſulibus actum
„fuit. Quid jam Præſules ipſi concor-
„dibus ſuffragiis in prima controverſia
„ſenſerint, quid itidem in ſecunda, ut
„de cætero indemnitati Cardinalium
„ſimilia jura foventium conſultum eſſet,
„Nobis propoſuerint mox audietis. „

His propoſitis Pontifex per Rivie-
ram S. Collegii Secretarium decretum ſacræ Congregationis die vigeſima o-
ctava Februarii editum prælegi juſſit, quo abſoluto ita proſecutus eſt:
„Iſtiusmodi Prælatorum conſilium,
„ſeu decretum ſtatim Nobis relatum
„fuit, ut audiſtis, benigne approbavi-
„mus, ac perpetuis futuris temporibus
„inconcuſſe obſervari mandavimus.
„Idipſum nunc iterum enixius manda-
„mus, ac inſuper duo ejusdem de-
„creti authentica exemplaria unacum
„ſummariis rationum, ſeu, ut ajunt,
„Votis, quibus ſinguli Præſules pro-
„priam

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„priam ſententiam unanimiter confir„marunt, tradi volumus, unum qui„dem dilecto Filio Noſtro Petro S. Lau„rentii in Damaſo Diacono Cardinali „Ottobono S. R. E. Vicecancellario, „aliud vero dilecto Filio Collegii veſtri „Secretario, ut ambo non tam ipſum „Decretum, quam præfata ſummaria, „ſeu Vota, quorum duo itidem authen„tica exemplaria eis hunc in finem dari „jubemus, inter Acta præſentis Con„ſiſtorii ad perpetuam rei memoriam „aſſervent, atque cuſtodiant. Hæc „omnia, Venerabiles Fratres vobiscum „in præſens communicanda exiſtimavi„mus, ut in ejusmodi re ad Ordinem „veſtrum pertinente, quid hactenus „actum fuerit, plene compertum, ut „par eſt, ac penitus exploratum habea„tis. Cæterum num ad majorem ge„ſtorum firmitatem, ac quascunque „futuras controverſias penitus extin„quendas, novam deſuper Apoſtolicam „Conſtitutionem, ſeu declarationem „edi, ac promulgari expediat, poſt„quam ſingulorum Præſulum vota a „Nobis viſa ac perpenſa fuerint, ma„turius deliberabimus.„

Verum, quo minus Pontifex hoc conſilium ad effectum deducere poſſet, præpediebat nimis tempeſtiva ejusdem mors.

§. XXV.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XXV.

Postrema Clementis XI. summi Pontificis infirmitas.

Crebræ, gravesque, quibus Clemens Papa anno priori obruebatur, corporis molestiæ mortem esse vicinam designabant, quocirca inter gravissimas universæ Ecclesiæ curas per plures Menses, nulla major illius animum occupabat, nisi ut prius bene mori disceret, quam moreretur: Eapropter S. Palatii Magistrum, quem conscientiæ suæ moderatorem selegerat, frequentissime accersivit, utque bono sub duce bene mortalitatem impleret, cum illo de rebus Divinis & sancta oppetenda morte diutissime differebat: Videbatur mortis suæ præscius; dum enim die vigesima octava Novembris publicum, ut vocant, haberet Consistorium, Cardinales alloquens, aperte testabatur, *se ad Divinum Tribunal villicationis suæ rationem redditurum, brevi sistendum admoneri.* Nepoti quoque suo Hannibali Cardinali Albano negotium dedit, ut modestum in Vaticana Basilica sepulcrum pro suo Patruo, parari curaret, cui ipse Pontifex sibi hoc epitaphium apponendum composuit.

Guarnac. t. 2. p. 34. Vit. Card. t. 1. p 7. Relat. Conclav. p. 139.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

D. O. M.
Clemens XI. Pont. Max.
Hujus Sacroſanctæ Baſilicæ
Olim Vicarius & poſtea Canonicus
Sibi vivens poni juſſit
Obiit die . . . Anno Sal. MDCCXX.
Sedit in Pontificatu An. XX.
Orate pro eo.

Obſervandum plane, quod ipſemet marmori annum Pontificatus & mortis ſuæ *vigeſimum* inſculpi juſſerit, de qua admonitus ajebat, *ſi quid parum mihi ſupererit vitæ, facile* & DIES & MENSIS *ſuperapponi poterit*: Eodem Menſe periculoſa corripiebatur febri, cujus violentia poſtmodum converſa eſt in tumorem pedum: unde laxata morbi vis omnibus ſpem fecerat, complures adhuc in menſes aut etiam & annos duraturum eſſe ſpiritum, paulopoſt tamen rediere fatales commotiunculæ, quibus per omnes venas ſanguis torpere, tantaque vi intermori videbatur, ut nec membra nervos, quibus robur ſuum expediant, nec ſpiritus viam invenirent, qua ſe reciprocantis animæ meatus ac remeatus expandant, laxentque. Nihilominus Clemens medicorum ope amiſſam valetudinem paulatim

latim recepit; die autem decima septima Martii post oblatum Deo sacrificium toto corpore rigere cæperat, ac copioso sanguine e naribus emisso debilitatus, artubus omnibus totoque corpore succutiebatur, & quamvis vespere remissior esset febris, sequenti tamen die occultas vires nova mali accessione exeruit, sudorque frigidus per omnes proruptus venarum meatus necnon fortior cordis palpitatio manifestiorem vitæ fugam indicabat. Conclamata jam erat tanti Pontificis salus, qui de instante periculo admonitus, non expavit ad mortis nuntium, sed melioris vitæ spe animatus, negotium exorsus est omnium gravissimum præteritæ juventutis ætatisque accusationem, qua peracta sacro Christi Corpore pro Viatico refectus, ac oleo sancto inunctus, Catholicæ fidei professionem singulari pietatis sensu emisit: Postea Cardinalem Hannibalem, & Carolum Albanum Nepotes suos accersivit, eos ita allocutus? „Vestræ fortunæ cum omni „moderatione prospexi; ampliora fa„cere, conscientiæ meæ religio prohi„buit, vos autem solliciti sitis, ut vos„metipsos sanctificetis, hoc est enim „præcipuum atque inter omnia ponde„ratissimum negotium, orate Deum „pro me.„ Enimvero Cardinalis Al- Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

banus duas Sedes, quas in S. Collegio vacuas Papa reliquisset fratri suo Alexandro vel aliis, Præsulibus pro suo arbitrio concedi petebat, cui tamen Pontifex respondit: *Scitis quod Nepotem meum tenere diligam, nullum autem aliud bonum in hac terra illi exopto, nisi ut in timore Dei vivere pergat; nunc vero tempus monet, ut ad magis seria animum impendam.* Aderant quoque omnes Cardinales ab eo creati quot quot tum Romæ agebant, qui infgentem Christianæ Reipublicæ jacturam deplorabant; ingerebant assidue sanctissima monita Religiosi Viri, doctrina, pietate, & dignitatibus præstantes, qui alternis, statisque horis pium ministerium subibant: ipse etiam Pontifex omnes Christianos Principes Cardinalem Palavicinum, & Pœnitentiarium Majorem rogabat, ut ei fastidia, & molestias, quas per viginti Pontificatus sui annos potius ex humana fragilitate, quam voluntatis pravitate eis irrogasset, condonare velint. postea Cardinalem Albanum accersens ejusque manum stringens dixit: *Recipe postremum amicitiæ meæ signum, quod tibi in hoc mundo exhibere possum, Car Nepos, nihil in hoc mundo magnum erat, nisi* quod in oculis Dei *magnum est: orate omnes Deum pro me. Valete.*

§. XXVI

Sæc. XVIII.
A. C. 1721.

§. XXVI.

Clemens Pontifex Maximus vita functus.

Dies erat decima nona Martii ſancto ſacra Joſepho, quem ſibi ſemper præcipuum aſſumpſerat Patronum, atque in ejus die anniverſaria mori exoptaverat, ejusque cultum novo officio ex S. Scripturæ locis concinnato in fidelium cordibus auxerat: Tum morbi violentia novis ardentis febris acceſſionibus tantopere ingraveſcebat, ut æger circa quartam ejusdem diei horam contentioſius laborioſiusque meatus trahens, tandem internecino totius halitus ſilentio placidiſſime animam Deo reddidiſſe deprehenderetur. Vixerat annos ſeptuaginta & unum, Menſes ſeptem, & viginti quinque dies. Pontificatum vero geſſit viginti annis, tribus menſibus, totidemque Septimanis ac diebus. Numerantur duntaxat ſex Pontifices, qui a Divi Petri ætate per plures annos ac Clemens Romanam Sedem tenuiſſent, ſolusque Urbanus VIII. in proximorum quinque ſæculorum decurſu vigeſimum Pontificatus annum attigerat. Veſpere ſequentis diei ejus cadaver pollinctum a Quirinali Palatio in Vaticanam Baſilicam illa-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

tum est, ubi post sacrum funebre a Nicolaio supremo Eleemosynario Pontificio peractum in Sacello SS. Sacramenti in solemni feretro exponebatur. Ejus laudes nitidissima oratione Vincentius Luccheſinus Abbas vir pietate, doctrina, editisque eruditissimis libris inclytus celebrabat: Nec tamen Romæ siluerunt mordaces linguæ ac calami: quidam enim Pasquino hoc affixit epitaphium: *Hic jacet Unigenitus cum Patre*, alius ad fores Paoli Medici Pontificii hæc verba adscripsit: *Liberatori Urbis & Orbis.*

§. XXVII.

Ejusdem Pontificis indoles & gesta in Pontificatu.

Hist. Univ. t. 8. p. 856. Noviss. rel. Curiæ Rom. p. 46. & seq.

Dum memorandis tanti Pontificis meritis animum adjicio, vincit virtutum copia sermonem, scientiæ ubertas calamum, & rite gestorum narratio fidem. Erat Clemens paucis maximi nominis Pontificibus ni æqualis, saltem parum inferior, & quamplurimis pietate, & virtutum decore superior, de Ecclesia, & Republica Christiana adeo bene meritus, morumque integritate tam insignis, ut oculatissimi quique Argi ac Censores non haberent, quod spectata sui ævi iniquitate merito reprehende-

henderent, ſummo Pontificatu eo dignior, quo ceteris indignior ſibimetipſi viſus. Eminuit indefeſſo dilatandæ Religionis fervore. quo inciratus, ut Dei cultum Sinenſium ſuperſtitione adulteratum ſuæ puritati reſtitueret, primo Cardinalem Tournonium, unacum viginti quatuor Miſſionariis Doctoribus & noviſſime Mediobarbum Patriarcham ad hoc Imperium maximis impenſis ablegavit, editaque Bulla, quæ incipit: *Ex illa die* ritus idololatricos proſcripſit. Pariter ad extirpandos Quesnelli errores Conſtitutionem *Unigenitus* edidit, ex qua tamen non Pontificis, ſed refractariorum culpa graviores motus nequidem in hanc usque diem penitus compoſiti oriebantur. Ipſa etiam Pontificatus ſui auſpicia editis præclaris Religionis pietatisque exemplis nobilitavit; celebriora Urbis Templa ſæpiſſime inviſit, publicas ſupplicationes pedibus ac ſine omni pompa obivit. Noſocomia luſtratus, in Xenodochio SS. Triadis pedes Peregrinantium lavit, eosque effuſis juvit eleemoſynis, ac morientibus egenis ipſus Sacramenta miniſtravit; ſæpe etiam ac præſertim ſacris majoris hebdomadæ diebus quorumcunque confeſſiones excepit, eisque Sacram Synaxin diſtribuit. Catholicos in Armenia, Thracia, & Syria

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

a Mahometanis crudeliter vexatos, & Miſſionarios a ſui miniſterii uſu excluſos beneficiis juvit, eisque interpoſita Principum auctoritate fidei profitendæ libertatem reſtituit. Novos etiam Miſſionarios ex Ordine PP. Carmelitarum Diſcalceatorum in Perſidem miſit; ac Petro Magno Moſcoviæ Duci unionem Catholicæ cum Græca Eccleſia ardentiſſime commendans ad eundem præter Bianchinium celeberrimum Mathematicum, duos Præſules, & viginti quatuor Evangelicæ legis Præcones ablegare conſtituit. Petente etiam Joanne Abyſſinenſi Sacerdote & Patre Joſepho Adriani Seghed Æthiopiæ Regis legato plures Miſſionarios eo decernebat, & ſex nobiles juvenes Æthiopes, qui hunc Legatum comitabantur, in Collegio *de propaganda fide* Chriſtianis præceptis imbui, & Pontificis nomine, Hannibale Albano Patrini vices obeunte, ſacris undis ablui voluit, eosque amplis muneribus auctos remiſit, ſimulque Abbatem Nicolai tanquam Vicarium Apoſtolicum in Æthiopiam mittere decrevit, necnon Maronitas a finitimis Eccleſiæ hoſtibus oppreſſos potenter ſublevavit: Edoctus per Franciſcum Ticinenſem Epiſcopum ex Africa reducem, quod ſub Petri Regis Congi & Mariæ Reginæ patrocinio religio Catho-

Catholica in illo Regno, aliisque finitimis magna caperet incrementa, hos Principes paternis literis ad Catholicæ fidei propagandæ ſtudium magis incendit, auctoque Miſſionariorum numero pretioſa dona Sacra præfato Regi ſubmiſit & Patriarcham Alexandrinum ſchismaticum Samuelem Capſalem Eccleſiæ reconciliavit. Quanta ſollicitudine Antonium Udalricum Brunsvico-Luneburgicum Ducem, & Fridericum Saxoniæ Electorem ab errore ad veritatem reduci, atque in eorum ditionibus religionem Catholicam invehi adlaborarit, jam ſupra memoravimus. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Haud ſegniori conſervandæ Diſciplinæ atque immunitatis Eccleſiaſticæ Zelo fervebat Pontifex; Hanc in rem quamplurima, eaque ad eliminandas morum corruptelas ſaluberrima edidit decreta. Primo quidem aſylorum abuſum ſuſtulit, Regumque Oratores commonuit, ne in hoc officii munere deficerent, ſatellitibusque Romanis, ut flagitioſos inſectarentur, Cardinalium, Principum atque Oratorum ædes ingrediendi libertatem dedit. In Pontificio Palatio nihil intemperans, nil rationi aut modeſtiæ diſſonum irrepere permiſit, ipſemet aliis ſuo exemplo prælucens in familiarium ſuorum mo-

Sæc. XVIII. A. C. 1721

res inquisivit, eosque ad rectam vivendi normam conduxit. Insuper bacchationes ludosque comicos ante privium carnis solitos inhibuit, & collapsam quorumdam Regularium disciplinam ad vetera instituta revocavit, Ecclesiasticos in tabernis, ubi potus Caffe venditur vel luditur, recipi prohibuit ac Monialibus, ne diebus festivis modulate præsentibus Nobilibus Viris canerent, inhibuit, præcepitque, ut deinceps in publicis supplicationibus Viri a fœminis segregati incederent, & fœminæ Nobiles in vestitu modestiæ studerent, nullaque fœmina excepta Angliæ Regina, locum, in quo Cardinales orare solent, occuparet: Præterea asyli beneficium duntaxat ad eos, qui casu ac fortuito quempiam occidunt, extendit, præmeditati autem homicidii, aliorumque criminum rei a laico Judice a Templis extrahendos declaravit. Insuper conservandæ Immunitatis Ecclesiasticæ tenacissimus illos, qui Principem della Riccia ad Templum profugum inde Cajetani Ducis jussu violenter extraxerant, diris devovit. Eadem quoque severitate immunitatem ac jurisdictionem Ecclesiasticam a Siciliæ Regis, & Ducis Sabaudi Ministris ac Lotharingico Codice violatam vindicavit: promeritis autem præmiis

miis auxit ſtrenuos libertatis Eccleſia- Sæc. XVIII.
ſticæ vindices, atque inter eos Cano- A. C. 1721.
nicum Majolum primi Sacellani dignitate & Mauritium a S. Thereſia Epiſcopatu, Fontaninum Patavina Abbatia, & Barrienſem Archiepiſcopum Conſtantinopolitano Patriarchatu, condecoravit, eoquod Pontificis & Eccleſiæ jura ſolido non minus atque erudito calamo tutati fuiſſent: Inter alia tamen oppido mirum erat, quod Clemens, quamvis jurium ſuorum, ac Religionis tuendæ cauſſa cum potentiſſimis Principibus ſæpiſſime colliderétur, inimicus tamen cauſſæ, atque amicus Perſonæ eorumdem Principum exiſtimationem, venerationemque maximam ſemper illæſam ſervarit; ea nempe pollebat dexteritate, ut ſolii ſui Majeſtatem cum Patris amore conjungere poſſet; ſola etiam præſentia ſua Principum reverentiam & populi affectum ſibi conciliabat, nullique deerat comitatis & benevolentiæ officio, quo non modo Catholicos, ſed etiam Proteſtantes Principes proſequeretur: Eapropter Hi ipſimet in graviſſimis bellis, ac diſſidiis hujus Pontificis operam, & ſequeſtram pacis curam aut implorabant, aut ultro admittebant. Poloniæ Regem Auguſtum contra æmulum ſuum, & rebelles ſubditos potenter

Sæc. XVIII. A. C. 1721. tenter protexit. Venetis, ac Cæsareis Turcico bello pressis necnon Catholicis Toggenburgensibus ope & consilio adfuit, Jacobum III. Britanniæ Regem successionis jure exclusum non modo fusis ad Deum precibus, sed magno ære adjuvit, ac paucis ante obitum suum diebus eidem Regi Romæ Palatium ad S. Apostolos in Albano donavit, eumque Cardinalibus commendans petiit, ut idem palatium Jacobo in perpetuum relinqueretur, & ad tuendam Regis dignitatem congrui reditus tamdiu persolverentur, donec Regnum suum recuperaturus esset, ac denique Successor Pontifex eum contra suos hostes totis viribus defendere teneretur. Nullum etiam paterni affectus officium prætermisit ad propulsandas calamitates, quibus tam ejus subditi, quam alienigenæ quandoque premebantur; præterquam enim, quod quarto Pontificatus anno per publicum edictum denuntiaret, cuicunque aut diviti aut pauperi, Nobili aut plebæio prima cujusvis Mensis feria secunda suas necessitates vel ore vel scriptotenus Eidem exponere, integrum esse, insuper ærario Pontificio per Italicum bellum licet exhausto, subditos tamen suos novis tributis onerari haud patiebatur, sed potius a Genuensibus aliisque pecunias

cunias mutuo accipi præcipiebat, Romanas omnesque Pontificias ditiones horrifico terræ motu, Tiberis alluvione, fame, aliisque miseriis pressas, necnon Massilienses peste & inedia pene consumptos missis aliquot nummorum millibus, & annona, aliisque subsidiis larga manu erogatis sublevavit, eoque anno, quo Romana Urbs fame laborabat, suis impensis octo egenorum ad Urbem undique confluentium millia sustentavit, tam pie in pauperes prodigus, ut secretis ejus eleemosynis sexcentæ familiæ per plures annos sustentarentur, & post ejus mortem ex ingenti pecuniarum vi ad eleemosynas destinata nonnisi sexaginta scuta supereſſent. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Erat nihilominus severus justitiæ vindex, & quos summa humanitas non flectebat, pœnarum rigore ad obsequium reducere studuit, & a flagitiosis, ne impunitatis spe scelera licentius grassarentur, severissimas exegit pœnas: Primo Pontificatus sui mense proscriptos, otiosos, nulliusque frugis juvenes custodiæ dari, urbeque expelli jussit, Carandinium Comitem de fide suspectum, sæpiusque frustra monitum plena luce ad Inquisitionis carceres raptari, aliosque complures ad triremes abduci, P. Paulum Diez primum in arce S. Angeli, postea in Monasterio Aræ

Vid. supra t. 70. p. 646.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Aræ cæli includi, Marchionem Scipionem de S Cruce, qui Angelum Baronem de Cavotti in Urbe occidit, proscriptis ejus bonis capite plecti, in Georgium Principem Cæsarinium ob violenter raptam, ac vulneribus fædatam cujusdam pictoris filiam judicii acta instrui, Ovedensem Episcopum in Hispaniis de Molinismo convictum, eoquod ad Papam appellasset, Romam deductum in Arce S. Angeli includi ac tertio post anno ejuratis erroribus in quodam Monasterio asservari, aliosque reos promeritis pœnis coerceri præcepit. Non paucos tamen, qui errorem seria pœnitentia correxerunt, ad parcendum propensissimus Clemens in gratiam recepit.

His animi dotibus merito adjungenda est mira Ejusdem diserte dicendi, & solide scribendi facilitas, præstantia, ac nitor; quantaque in eo viguerit eruditionis ubertas, divinæ unctionis suavitas, rationum efficacia, & copiosa sacrarum literarum, sanctorumque Patrum notitia, testantur ejus Homiliæ, epistolæ, orationes Consistoriales, ceteraque omnia ejus opera, quæ ex facundissimo ejus ore & calamo profluxere, & in quibus universis maximum Religionis studium elucet, æquitas & prudentia cum doctrina certare

certare videtur, ac unice dolendum, quod eadem ſuavitas, orisque Majeſtas, qua ſuos ſermones pronuntiavit, literis exprimi non potuerit; omnium enim ſuorum affectuum arbiter cuncta, quæ a ſuis Auditoribus legi deſiderabat, cordis ſui verba in ipſis etiam oculis ſuis formare noverat: Tanta inſuper excelluit conſcientiæ teneritudine, ut in decernendo tardus, potius aliorum judicium non raro ſequeretur & propriæ ſuæ ſententiæ rectitudini diffideret, ſæpius dicere ſolitus, quod etſi ſanum conſilium dandi dono potiretur, illud tamen ſequendi animum non ſemper haberet: in ſolo mortis ſuæ momento tam immotam, ac heroicam animi conſtantiam præſeferebat, ut ea luculenter anticipatum virtutis ſuæ præmium fuiſſe videretur; impendentis enim mortis nuntium intrepidus longe magis pacato lætoque exceperat animo, quam olim obtentæ tiaræ notitiam. Erat inſuper literatorum, cum ipſemet literarum, & antiquitatis ſcientiſſimus eſſet, longe amantiſſimus, utque in Urbem novas artes inveheret, egregios undequaque opifices accivit, Pictores, Sculptores, aliarumque artium peritos honoribus auxit, & præmiis, Pictorumque Academiam ſæpius luſtratus, illam Humoriſtarum per quadraginta om-

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

omnino annos ferme abolitam ad priſtinum ſplendorem reduxit, Vaticanam Bibliothecam lectiſſimis ex Ægypto, Syria & alibi conquiſitis libris ditavit, typographiam in Palatio Vaticano reſtauravit, & ad novam Bibliothecarii Anaſtaſii editionem Apoſtolicum indulſit privilegium. Inſtituit quoque Collegium duodecim Virorum Matheſeos ſcientia inclytorum, qui Calendarii Gregoriani errores emendarent, ac propterea cum celeberrimis Europæ Mathematicis conferrent. His præfecerat Cardinales Pamphilium, Noriſium, & Ferrarium, necnon Bianchinium hujus Congregationis Secretarium, qui Pontificis juſſu in PP. Carthuſianorum Eccleſia B. V. de Anglis lineam meridionalem haud abſimilem ei, quæ in Bononienſi Templo S. Petronii viſitur, confecit, ut in ejus planitie curſus & declinatio ſolis, ceterorumque cæleſtium corporum indicaretur. Inſuper Pontifex Lateranenſem Eccleſiam impenſis vigeſies mille ſcutis reſtauravit, & juxta delineationem Canonici Teſtæ marmoreis duodecim Apoſtolorum ſtatuis egregio artificio elaboratis ornavit, necnon cultum ac honorem Dei in pluribus aliis Templis promovit. In Hoſpitio ſancti Michaelis operarios pro conficiendis

ficiendis aulæis collocavit, in Vatica- Sæc. XVIII.
na Eccleſia Chriſtinæ Sueciæ Reginæ A. C. 1721.
mauſolæum ænea ejusdem Principis imagine, Urbinatem Eccl ſiam Altari ex Achate pretioſa, quæ Anno 1704. in Tiberis flumine reperiebatur, confecto exornavit, Columnam Antonini Imp. per Fontanam celeberrimum Architectum die vigeſima quinta Februarii anno ſequenti erigi, & aquæductus ad Urbem veterem per viginti leucas Italicas protrahi juſſit. Denique inter ſanctos Pium V. Pontificem, Andream Avellinum, Felicem Cantalicienſem, & Catharinam Bononienſem, & inter Beatos Franciſcum de Regis retulit, necnon cauſſam Stanislai Koſtkæ, & Hyacinthæ Mareſcottiæ plurimum promovit: Adſcripſerat Clemens ſeptuaginta maximi meriti Viros Sacro Cardinalium cætui, duos vero in pectore, ut ajunt, reſervatos tenuit, proin numerum ſacri Collegii & Diſcipulorum Chriſti adimplevit.

Nec tamen talis tantusque Pontifex ab æmulorum invidia, atque obtrectantium calumniis falſisque criminationibus poſt obitum ſuum intactus remanſit; ſpargebantur in vulgus infames libelli, quorum tamen luculenta falſitate, & aperta convitiandi impudentia hujus Pontificis laudes magis conſpicuæ,

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

probatæque reddebantur, quam facundissimus Orator eas prolixa meritorum ac virtutum recensione extollere potuisset: Carpunt plerique, quod se magis Gallicis propensum, Austriacis autem partibus adversum exhibuerit; neutrius quidem parti adhærere Pontifex, firmum, ratumque habebat, dolendum tamen (prout ipsemet sæpius indoluit) quod ejus Pontificatus in iniquissimum belli inter Cæsarem & Gallo-Hispanos in apertum incendium erumpentis tempus inciderit; exulceratis enim ob pristina cum Leopoldo & Josepho Impp. dissidia animis, accedentibus etiam importunis Gallo-Hispanorum Cardinalium instigationibus, quicquid Pontifex in Philippi V. favorem decreverat, in odium Cæsaris factum credebatur, in quibus etiam spectata temporum necessitate, rerumque vicissitudine ab aversi animi culpa excusari posset. Accusatur ab aliis, quod ultrapræfixos Pontificiæ potestatis limites suam in Principes Christianos auctoritatem non sine legitimæ dispendio extenderit, ac de propria sua prudentia nimium præsumens, pertinacius suo inhæserit judicio, verum hæc calumnia ipsius hujus Papæ exemplis, gestisque, quinimo ipsa & alia opposita refellitur calumina, qua iidem Ecclesiæ hostes

hoſtes Clementem redarguunt, quod in decernendis rebus adeo fluctuarit, ut etiam in minimis difficultatibus hæſitans, quid decerneret, neſciverit, hocque vitium inde ortum traxerit, eoquod nunquam in exteri Principis Aula ultra Alpes Nuntium egiſſet Apoſtolicum: Ita nempe non raro improvida calumniandi iniquitas ſibimetipſi mentitur, ac repugnat. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XXVIII.

Sacra Cardinalium comitia pro eligendo novo Pontifice.

Paulopoſt obitum Clementis XI. Cardinales habito conventu unanimi ſuffragio decrevere, Noaillium & Alberonium Cardinales ad Sacra hæc comitia miſſis plenæ ſecuritatis literis eſſe vocandos; cum igitur ſua cuique Cardinali cella in conclavi per ſortem deſignaretur, die vigeſima ſeptima Martii, primum nomen, quod ſorte educebatur, erat illud Alberonii; cui contigit cella numero trigeſima ſexta: mox autem nonnulli, quod caſus erat, in vaticinium vertere, hujusque Cardinalis, vel alterius Alberonio addicti electionem portendi, eo majori veriſimilitudinis ſpecie aſſerebant, quod Malachiæ ſymbolum: *de religione bona* per ana-

Guarnac. vit. Pontif. t. 2. p. 382. Hiſt. Univ. t. 8 Period. II c. 8. pag. 858.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

grama redderet hæc verba: *de Genio Alberoni:* Ea nimirum est indolis humanæ stultitia, ut quicquid fieri peroptamus, fieri posse, imo jam factum esse facile credamus.

Novendialibus justis Clementi XI. veteri Ecclesiæ ritu persolutis die trigesima prima Martii viginti octo Cardinales tum Romæ degentes Sacris comitiis initium fecere, ubi in Sacello Xisti IV. Cardinalis Tanara sacri Collegii Decanus rem Divinam ad exorandum Spiritus sancti lumen peregit, ac Camillus Marius Aleriæ Episcopus elegantem orationem de eligendo novo Pontifice habuit, qua absoluta Cardinales bini ac supplicum more procedentes Conclave ingressi sunt, ubi primis clausis foribus in præfato Sacello Constitutiones Pontificiæ de Pontificis electione, & Ecclesiæ bonis non alienandis prælegebantur. Dies erat prima Aprilis, qua summo mane prima habebatur scrutatio: Tulerat solus Cardinalis Fabritius Paoluccius quatuordecim suffragia, quibus vespere tres alii Cardinales accessere; proin ad validam illius electionem nonnisi quatuor deerant vota: Suspicabatur Michael Cardinalis de Althan, quod Cardinales tam Gallicis, quam Hispanis partibus addicti præcipitis electionis ope

ope Virum ejusdem cum Prædeceſſore ſtudii ac ſententiæ ad ſolium evehere molirentur, quocirca Cardinalibus minus æquam agendi rationem, necnon timendam Cæſaris indignationem ob oculos ponens declarabat, ſibi binis jam literis Vienna receptis injunctum, ut Imperatoris nomine ſeſe Paoluccii electioni opponeret; nunquam enim hunc pro Pontifice a Imperatore agnitum iri: expectandum potius eſſe abſentium adventum. Hæc declaratio Cardinalium potiſſimis admodum ingrata accidit, qui etiam totius Collegii nomine Deputatos Viennam ac Pariſios ablegarunt. Interim Cardinalis Michael Angelus Conti ſeu de Comitibus die ſexta Aprilis cum pluribus aliis Purpuratis, & ſequenti die Alberonius Vaticanum conclave ingrediebantur, adeo, ut ſuffragantium numerus ad quinquaginta quinque excreſceret, ex quibus tamen Borromæus & Salernus Cardinales propter adverſam valetudinem ex comitiis domum revertebantur: ceteri vero aut ſerius, aut electione jam facta Romam advenere. Rurſus colligebantur ſuffragia, ex quibus plura in Georgium Cornelium, alia vero in Pignatellium, Spadam, Sacripantem, Boncompagnum & Rufum Cardinales collimabant: Pro-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Relat. Concl. Innoc. XIII. pag. 294.

Sæc. XVIII. A. C. 1721. posuerat Imperator Cardinales Tanaram, Orsinum, Tolomæum, Paracciaenum ac præprimis Pignatellum Archiepiscopum Neapolitanum (*). Ex primo comitiorum momento in Cardinalem Michaelem Angelum de Comitibus quamplurimi suos conjecere oculos, illius tamen electionem morabatur non modo sparsus rumor, illum a Galliarum Rege excludendum esse, sed vel maxime viginti duo Cardinales, qui ob meritorum æquitatem æquale suffragiorum jus sibi deposcere videbantur: unde diutius, quam in votis omnium esset, in comitiis hærendum erat: insuper die vigesima tertia Aprilis Cardinalis de Althan Cæsaris literas, quæ sequenti die cunctis Cardinalibus prælegebantur, ad S. Collegium datas recepit, in quibus Imperator Clementis obitum deplorans, Cardinales hortabatur, ut universæ Ecclesiæ ac Christianæ Reipublicæ Successorem ac Pontificem pium, sanctum, virtutibus ac meritis, quæ in Ecclesiæ Capite & Christi Vicario requiruntur, locupletatum eligerent. Eodem ferme tempore Rohanius Cardinalis binas Galliarum Re-

(*) Quapropter hi versus affixi legebantur: Clemens deceſſit, vitis Pignata sequatur, cur quæris? quia *de religione bona* est.

Regis literas ſacro Collegio porrexit, in quarum prima Rex Clementem, tum vero jamjam defunctum, de Venetæ Reipublicæ facta reconciliatione certiorem reddiderat, in altera vero ad datam de obitu hujus Papæ notitiam reſpondebat. Die autem trigeſima Aprilis Franciſcus Ferdinandus Comes de Kinsky Cæſareus Orator ſpecialiter ad S. Collegium ablegatus Romam venit, qui finita illius diei ſcrutatione a Cardinalibus de Judice, Ottobono, & de Comitibus, & Albano Eccleſiæ Camerario, die prima Maij ad publicum alloquium per parvam portam admittebatur, atque in majore Aula ſuæ Legationis literas per Cæſareum Secretarium Cardinali de Judice tradidit, quas in pleno Purpuratorum conſeſſu Livierus, qui S. Collegio a ſecretis erat, prælegit: Poſtea Orator congregatos Cardinales ita alloquebatur. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Superfluum judico, Eminentiſſimi „Patres, ut iterato Vos adhorter no„mine Auguſtiſſimi Imperatoris, Do„mini mei Clementiſſimi in re tanti mo„menti & ponderis, quam cum Spiritus „ſancti gratia jam antea inchoaſtis. „Satis ſuperabunde Cor ſuum Auguſtiſ„ſimus, quod in manu Domini poſitum „eſt, quantamque ſpem, ac fiduciam

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„in vos reponat, literis ſuis benigniſ-
„ſime expreſſit. Multifariis vinculis ſe
„Eccleſiæ Dei obſtrictum reputat, mu-
„nus ac officium ſuum poſtulat, ut tan-
„quam ſupremus juratus Advocatus
„Eccleſiæ Romanæ, Protector & Defen-
„ſor, Rex Catholicus, & Apoſtolicus,
„omnibus viribus, auxilio, conatu,
„& conſilio in quibuscunque periculis,
„neceſſitatibus, anguſtiis & ærumnis
„conſtitutæ adſit, ſubveniat, atque
„ſucurrat. Hoc præterita ſæcula,
„quanta beneficia ab Auguſta domo
„Eccleſiæ & Sedi Apoſtolicæ col-
„lata ſint, demonſtrant, futura do-
„cebunt, & experientur.„

„Miſit me ad vos Eminentiſſimos
„tanquam ſuum Oratorem extraordi-
„narium in ſignum benevolentiæ, exiſti-
„mationis & affectus ſui, utque ſim
„expoſitor, & interpres Mentis ſuæ.
„Nil aliud a vobis, Patres purpurati
„expoſcit, quam ut talem Succeſſorem
„in Sede Petri collocetis, qui ſit lu-
„cerna ardens coram hominibus, ut
„verus Chriſti Vicarius omnibus om-
„nia ſit, filios ſuos tanquam Paſtor Bo-
„nus æquali animo, mente, amore, &
„affectu amplectatur, verum Dei cul-
„tum, Religionis ſalvificæ incrementum
„& honorem promoveat, orbem Ca-
„tholicum in pace & tranquillitate con-
„ſervari ſtudeat, & ſic ſe Patrem com-
„mu-

„munem exhibeat, ut ita vera ſincera, Sæc. XVIII.
„perpetua Unio, & concordia ſtabilia- A. C. 1721.
„tur inter Sacerdotium & imperium.
„Quid ſupereſt Eminentiſſimi, niſi, ut
„tanquam Cardinales Eccleſiæ univer-
„ſalis, vota veſtra, votis, & deſideriis
„piiſſimi, juſtiſſimi & religioſiſſimi Prin-
„cipis jungatis, Eccleſiæque viduatæ
„quanto citius proſpiciatis. Ego vero
„inſignitus charactere mihi ab Auguſtiſſi-
„mo conceſſo, ſingula grata obſequia
„me præſtiturum voveo, meque gra-
„tiis ac favoribus veſtris obſequioſiſſi-
„me comendo.„

Pari humanitatis obſequio Cardinalis de Judice perorantem Legatum excepit, quo demum valere juſſo Cardinales ad ſuas quisque cellas receſſere: Quæ ſequentibus diebus in Conclavi acta ſunt, religioſo admodum ſilentio premebantur, quinimo nonnulli Cardinalium famuli & duo eorum Contubernales capti ad arcem S. Angeli deducebantur, eoquod ſui juramenti immemores, quæ in conclavi geſta fuiſſent, manifeſtare moliti eſſent.

§. XXIX.

Michael Angelus Cardinalis de Comitibus in Pontificem, aſſumpto nomine Innocentii III. electus.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Mirabantur omnes singularem Michaelis Angeli Cardinalis prudentiam, modestiam, animumque ab omni partium studio alienum, quem semper, præsertim vero in hisce comitiis præstetulit: unde factum est, ut quinquaginta quatuor Cardinales, quorum suffragia per sex Septimanas in diversos hucusque distracta erant, unanimi omnium suffragio in unum Cardinalem de Comitibus die octava Maij S. Michaelis apparitioni Sacra, ac ipsius Onomastica confluerent. Annum ætatis suæ tum agebat sexagesimum sextum: suum vero ipse suffragium pro Cardinale Tenara tulit, nomenque Innocentii XIII. assumpsit in memoriam Innocentii, qui fuit unus ex sedecim summis Pontificibus ex illustrissima Comitum familia ab Anno 1198. ad Divi Petri Cathedram evectis. Eadem die Pontifex neo-electus pro more ter a toto Collegio fidei homagium excepit, ac præprimis a Comite Kinsky Cæsareo Legato, & postea a Lusitano & Veneto Oratoribus honorifico ac filiali gratulationis officio salutatus, ab omnibus omnium generum hominibus in communis lætitiæ signum festiva acclamatione honoratus est. Ut vero falsum labentis valetudinis rumorem dissiparet, ac quibusdam Sedis brevi vacaturæ, & Pontificatus spem præ-

Vit. Card. de Conti t. 1. pag. 275.

præcideret, non raro ad remotiores Eccleſias pedeſter ſolemnes ſacrasque ſupplicationes comitabatur. Die decima octava Maij in Vaticana Baſilica, cujus claves Cardinalis Archipresbyter Albanus ei tradiderat, tiara a Cardinale Ottobono impoſita inauguratus, nonniſi die decima ſexta Novembris ad Lateranenſem Baſilicam conſueta pompa acceſſit, claves conſignantibus Pamfilio Cardinale & octodecim Canonicis. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Prima paterni ſui animi ſollicitudo erat, ut fidelem populum ſuum Romanum ſublevaret, ac propterea non modo conſueta tributa imminuit, & telonia quædam abrogavit, ſed etiam Piſtoribus frumentum, ubicunque leviori poſſet pretio, coemendi libertatem indulſit, & Pallagillo annonæ Præfecto panis pondus augendi curam commiſit, prudentique conſilio ſibi de optimis Adminiſtris proſpexit. Præprimis Georgium Cardinalem Spinulam ſummæ rei a ſecretis conſtituit: A ſupplicibus libellis Bartholomæum Ruſpoli Præſulem ſibi affinitate conjunctum, ab epiſtolis arcanis Dominicum Riviera pronuntiavit. Datariæ Præfecturam contulit Petro Cardinali Corradino, & alteram Cubiculi Apoſtolici Sinibaldo ab Auria Archiepiſcopo Patracenſi, ac demum Pontificio palatio præfecit Nicolaum

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

laum de Judice: Cardinalem vero Paoluccium Urbis & Orbis Vicarium, Olivierium Secretarium Brevium, & Orighium Congregationis Concilii Tridentini Præfectum, & Marefoscium Auditorem nominavit. Prima Pontificatus sui auspicia præclaro pietatis specimine honestabat; supremum enim Inquisitionis Commissarium adesse jussit, eidem injungens, ut deinceps hujus Tribunalis rigorem temperaret, reosque mitius haberet: eapropter Mense Septembri a Bernardo Maria Cardinale de Comitibus Pontificis Fratre, qui Inquisitionis Præses erat, plures captivi sine omni pœnitentia libertati fuere redditi.

§. XXX.

Innocentii XIII. Papæ gesta ante Pontificatum.

Vit. Card. t. 1. p. 273. Guarnac. l. c. pag. 138.

Natus erat Michael Angelus de Comitibus Romæ Anno 1655. die decima tertia Maij Illustrissimis Parentibus Carolo II. Poli Duce, & Isabella Muti lectissima Matrona, ac Ducissa. A teneris propensum ad sacram militiam animum præseferens, studiis huic statui congruis admovebatur, ac præprimis sub cura Patrui sui Joannis Nicolai Episcopi Anconitani Philosophiæ &

& Theologiæ egregiam navabat operam: Emenſo autem ſtudiorum curriculo cum Cardinali Patruo ſuo, qui ad Vaticana pergebat comitia, Romam venit, ubi ab Alexandro VIII. Cubicularius honorarius renuntiatus, ad Franciſcum Maurocenum Venetiarum Ducem ablegabatur, ut ad eumdem in fortitudinis præmium ſacratum Enſem & galeam Pontificis nomine deferret. Exacto hoc negotio, atque Alexandro VIII. fatis functo Michael ab Innocentio XII. Aſculanæ, Fruſinonenſis, Viterbienſis aliarumque Pontificiæ ditionis urbium Gubernator dictus, Tharſenſis Archiepiſcopus nominabatur, qua dignitate auctus, primo ad Helvetios, poſtea ad Luſitaniæ Regem Nuntius Apoſtolicus decernebatur, qua legatione per duodecim annos cum maxima nominis ſui laude, ac Regis ſatisfactione defunctus eſt. Nec tamen hoc fortunæ beneficium ſine invidiæ ac faſtidii fæcibus Michaeli affluxerat; præterquam enim, quod Clemens XI. Papa illum Auſtriacorum partibus ultra modum adhærere ſuſpicaretur, occaſione Quindeniorum ſeu tributi, quod idem Pontifex Anno 1705. ex Jeſuitarum proventibus, pendi petiit, graviſſimam Reginæ indignationem incurrebat: Rem, ne averſi animi arguar, ipſis P. Antonii Franco

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Franco Jesuitæ Historici verbis refero: *Hoc anno recruduit controversia de Quindenniis. Petrus II. Rex, cum ad bellum procederet, Regni administrationem Reginæ Angliæ Sorori suæ commisit: Hac opportunitate utendum ratus Nuntius, nostrum P. Provincialem adstrinxit, ut quantocius Quindennia solveret. Quo cognito verbis exprimi nequit, ad quantam iracundiam intempestiva hæc Nuntii sedulitas Reginæ animum provocarit; probe enim prospexerat Regina, sibi, ac Regi per hoc injuriam fieri, quod in præsenti rerum vicissitudine hoc negotium denuo moveretur, perinde ac si unice in sui despectum, suorumque mandatorum vilipensionem tum hanc solutionem extorquendi animus fuisset. Eapropter Nuntio accessus ad Regale Palatium, necnon immunitatis, qua hucusque tanquam Legatus Pontificius fruebatur, usus fuit interdictus, eoquod debitæ (uti creditum) erga Reginam Reverentiæ officium neglexisset: Regina literas justæ indignationis testes ad Papam dari jussit, suumque decretum, quo quindennia solvere prohibitum, innovavit:* quinimo Nuntio Apostolico denuntiari jussit, ut e Regno excederet: Postquam vero Joannes V. Regni habenas moderari cæperat, Reginæ jussa revocavit, quæ tamen inde tantopere commota est, ut Regni administrationem penitus abdicaret. Anno sequenti Michael

Synops. Annal. Soc. ad An. 1704. p. 416. n. 5. Vid. supra t. 67. l. 213. §. 58. p. 214.

Michael Lusitaniæ Protector sacro Purpuratorum Collegio adscriptus, atque in Episcopum Auximanæ Ecclesiæ electus, Romamque tertio post anno reversus Fratrem suum Bernardum de Comitibus in Terracinensem Episcopum sacrabat: Anno hujus sæculi septimo Clemens XI. sua Constitutione sanxerat, ut Cardinales coram Regibus ac Principibus tecto capite starent, & Poloniæ Regina, eoquod Cardinales ea ex caussa eidem ad Natalitia Domini festa gratulationis obsequium deferre renuerent, apud Papam de Cardinale Grimaldo Biretum detrahere renuente, vehementer querebatur, Michael vero hanc litem facile composuit, dum ipsemet coram Regina ultro caput detegeret, moxque ceteri omnes Cardinales ejus sequerentur exemplum. Postmodum ad Auximanam Ecclesiam suam se contulit, quam etiam præceptis ornavit sanctissimis, ac moribus incontaminatis, & justitia incorrupta per plures annos rexit, donec Anno 1719. ad Viterbiensem Episcopatum transferretur, cujus tamen possessionem non adiit, ad supremum Pontificatum assumptus. Sæc.XVIII. A.C. 1721.

§. XXXI.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XXXI.

Tres Præſules a Papa Romana Purpura decorati.

Guarnac. l. c. p. 395.

Poſtquam Pontifex die decima nona Maij ex Vaticano ad Palatium Quirinale equo vectus proceſſerat, die vigeſima ejusdem Menſis aperta Datariæ Curia, quasdam Pontificum Conſtitutiones prælegi juſſit, & Adminiſtros ad earum obſervantiam jurejurando adegit. Septima autem poſt die ſecretum, ut vocant, Conſiſtorium habuit, in quo habita oratione latina pro ſui electione grates rependens, ſacræ Sedis jura se defenſurum jurabat: Poſtea Pontifex die quarta Junii Dominicum Paſſionei Nuntium Apoſtolicum apud Helvetios, & Cardinalem Ruſo die decima ſexta Junii Legatum Bononienſem nominavit. Eadem die habito Patrum Senatu Fratrem ſuum Bernardum Mariam de Comitibus Benedictinum Congregationis Caſſinenſis Terracinenſem Epiſcopum inter Presbyteros Cardinales tit. S. Bernardi ad Thermas adlegit, eumque Abbatia Serravallenſi auxit: die autem decima ſexta Julii Guilielmum Du Bois Gallum Cameracenſem Archiepiſcopum ſexaginta duos annos natum ad Galliæ Regis preces, & Alexandrum

xandrum Albani Clericum Cameræ Apoſtolicæ in ſacrum Cardinalium Collegium invexit, plaudentibus omnibus Romanis, ſolo Falconiero Urbis Gubernatore excepto, qui Cameracenſem Archiepiſcopum ſibi præferri querebatur. Ne autem ob nominis affinitatem error contingeret, inter hoſce duos Fratres Annibalem & Alexandrum Albani conventum, ut iſte vocaretur Cardinalis Camerarius, hic vero Cardinalis Albani, & ambo cuncta ſuæ familiæ bona ſuo Fratri Carolo Albani cederent, Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XXXII.

Continuata Inquiſitio in Alberonium Cardinalem.

Cum ſacrum Collegium ſecuritatem impunitatemque Julio Alberonio duntaxat pro futura Pontificis electione conceſſiſſet, Hic ea peracta ex Urbe aufugere, atque in notis ſuis latebris ſecuritati ſuæ conſulere parabat: Pontifex vero eum Romæ ſubſiſtere, ac ſuæ cauſſæ exitum, quin tamen ullam miniſterii ſui functionem exercere auderet, quiete præſtolari juſſit, ac die decima ſeptima Maij in Congregatione ad hoc ſpecialiter erecta ejus cauſſam diſcuti voluit: Alberonius vero aut *Hiſt. univ.* t. 8. p. 862.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

ſuæ cauſſæ diffiſus, aut ſuæ ſecuritati conſultius fore ratus, die trigeſima prima ejusdem Menſis clam Roma ad Montem Caſſinenſem ſeceſſit.

§. XXXIII.

Petri I. Moſcoviæ Ducis ſtudium Ruſſorum religione ſuperſtitiones eliminandi.

Vid. ſupra t. 67. l. 214. §. 17. p. 599. & t. 69. §. 40. p. 635. Vit. Clem. XI in Concl. pag. 118.

Quam propenſum erga religionem Catholicam animum Petrus I. Moſcoviæ Dux monſtrarit, abunde teſtatum reddidit conceſſa PP. Capucinis ac Jeſuitis Conventum, Eccleſiam & Gymnaſium erigendi necnon liberum Religionis Catholicæ exercitium introducendi facultas: Ad tantam benignitatem non parum conferre videbatur ſupremus ejus Adminiſter ac Cancellarius Knees Fedor (ſeu Theodorus) Comes de Galofkin ſeu Golowin, quem de re Chriſtiana optime meritum ejusque poſteros ipſemet Imperator Leopoldus in numerum S. R. J. Comitum recepit, ac in Cæſareo diplomate honorificis hiſce verbis commendavit: „Edocti fide digniſſimis teſtimoniis „ . . . Theodorum uti avitæ virtutis, „ita & dignitatis, poſſeſſionumque & „privilegiorum in Moſcovia hæredem, „in id ſedulo incubuiſſe, ut Majorum „ſuo-

„ſuorum erga patriam, ſuosque Prin- Sæc. XVIII,
„pes merita non ſolum adæquaret, ſed A.C. 1721.
„& ſuperaret, quemadmodum pro
„ſuo cum publicæ, tum rei etiam Chri-
„ſtianæ promovendæ zelo reipſa præ-
„ſtitit, atque ad amplectendum contra
„ſanctæ Cruis hoſtes ſacrum fœdus,
„eosdemque una cum fœderatis ad
„ſubſecutam usque pacem ſtrenue op-
„pugnandos prædicto Domino Zſari
„non ſolum auctor fuit, ſed & inſuper
„in obita magna legatione ſingulare
„erga Nos, ſacrum Romanum Imperium
„Auguſtamque domum noſtram devo-
„tionis, & obſervantiæ ſtudium lucu-
„lenter probando, quam in patria Sago
„& toga ſibi comparavit, præclaram
„Nominis & exiſtimationis famam
„etiam extra eandem illuſtriorem red-
„didit. Nos ſane non uno argumento
„perſuaſi, Viri hujus avitum domeſticum
„Decus novo ſplendore ad poſteritatem
„ſuam transmittendum augeamus, ab
„ipſo in poſterum quoque nihil non
„magnum pro Chriſtiana Republica,
„noſtra Cæſarea Majeſtate, ſacroque
„Romano Imperio & Auguſta domo
„noſtra agendum audendumque a ſua
„fide, integritate, agendique dexteri-
„tate expectari poſſe: facere non po-
„tuimus, quin eundem aliquo muniſi-
„centiæ Noſtræ Cæſareæ Monumento

Sæc. XVIII A. C. 1721.

„quod ipsi non minus gloriæ, quam „aliis exteris, & cum primis posteri„tati suæ ad capessenda paria virtutis „& laudis conamina incitamento futu„rum sit, condecorandum & in numerum „S. R. J. Comitum recipiendum susci„peremus. „

Majore adhuc jure in nostra Historia locum sibi vendicat ipsummet præfati Ducis diploma, utpote præclarum religiosi Principis monumentum, quo idem Patribus Capuccinis in præcipua Urbe Moscua Conventum & Ecclesiam erigendi gratiam fecit. Erat autem illius tenor sequens:

In Nomine Domini. Amen.

„Nos PETRUS Divina favente gratia „totius Magnæ, Parvæ & Albæ Russiæ „Imperator &c. Sibiriæ & Astrachani „Rex, Magnus Dux Moscoviæ &c. & „aliarum Orientalium, Occidentalium & „Septentrionalium Regionum atque Pro„vinciarum antiquus hæres Dominus „& Monarcha &c. universis & singulis „quorum interest vel intererit aut quo„modolibet in futurum interesse pote„rit, præsente diplomate nostro notum „testatumque facimus perpetuo & in „ævum. Quomodo Nos supremum „Numen rebus nostris ac Dominiorum „nostrorum propitium reddere volentes,

„ineffa-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„ineffabilemque Dei bonitatem, quæ „Nos tot gentibus, populis ac Nationibus dignatione sua præfecit, conservat & protegit, profundiori meditatione nostro volventes ac revolventes „in animo, cum in propugnationem „jurium ac libertatum Serenissimæ Reipublicæ Polonæ annexarumque Regno „Provinciarum, pacto Nos inter Regem, „Regnumque Poloniæ non ita pridem „pacis æternæ fœdere in suppetias Serenissimo ac potentissimo Principi ac Domino Augusto II. Regi Poloniæ magno „Duci Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ; Samogitiæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ &c. Hæreditario Duci „Saxoniæ, & Principi Electori, Fratri „Nostro Charissimo contra Carolum XII. „Regem Suecorum inclyti Regni Poloniæ invasorem, & ab aliquot annis „sævum & crudelem depopulatorem, „uti Regni ejusdemque Regis ac nostrum communem ac juratum hostem „cum valido exercitu in Dominia Regni Poloniæ & majoris ducatus Lithuaniæ, intravissemus, scientes optime victorias & triumphos a Manu „Domini exercituum, Dei nostri Trini „& unius, proficisci, nullamque in universis copiis nostris fiduciam ponentes „sed in dextera ejus, qui facit mirabilia magna solus & inscrutabilia, &

Sæc. XVIII. A. C 1721.

„quorum non est numerus, qui multi-
„plicat gentes, & perdit eas, & sub-
„versas in integrum restituit, qui fun-
„davit terram in fortitudine sua &
„præparavit orbem in Sapientia sua,
„in cujus manu est anima omnis vi-
„ventis & Spiritus universæ carnis, qui
„est Deus Deorum in Sion, Deus ma-
„gnus super omnes Deos, qui conteri
„fortitudinem inimicorum, deprimi
„superbos, corrigit humiles, depon
„fortia, sublevat infirma, qui vivifica
„mortificatque, & cum occiderit, po
„est mittere in gehennam, in cuju
„dextra, inquam, omnem spem & fido
„ciam felicitatis nostræ reponentes, a
„majorem ejusdem Dei ter Optimi Ma
„ximi gloriam, in gratiarum actionem
„pro omnibus beneficiis hactenus No-
„bis ac populis Nobis subjectis præstitis
„pro deprecatione Divinæ Clementiæ,
„necnon impetratione felicium armo-
„rum nostrorum successuum, adhibito
„in præmissis maturo Ministrorum no-
„strorum Consilio, animo deliberato
„sponte, libere statuimus, ac decrevi-
„mus, decernimusque per præsentes
„Ordinem S. Francisci Capucinorum in
„urbe nostra primaria Moscua introdu-
„cere, Religiososque dicti Ordinis, quo-
„rum vitæ pietatem, sanctimoniam,
„exemplaritatem, morum integritatem

„appri-

„apprime commendatam accepimus, Sæc.XVIII.
„fundare ac erigere, veluti omni me- A.C. 1721.
„liori modo, via, forma, jure ac ſtilo
„introducimus, fundamus ac erigimus.
„Quibus Religioſis Eccleſiam ſub titulo
„ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum,
„tum Conventum ædificare, hortum in-
„ſtruere, ac plantare demandavimus,
„idque in loco ſupra nominato, quem
„immunitati Eccleſiaſticæ adſcripſimus
„ac incorporavimus, tituloque perpe-
„tuæ ac irrevocabilis donationis dedi-
„mus, donavimus, impertiti & elargiti
„ſumus, liberumque ab omnibus contri-
„butionibus, exactionibus fecimus, &
„pronuntiavimus velut noſtro & Sereniſ-
„ſimorum noſtrorum Succeſſorum nomi-
„ne adſcribimus, incorporamus, damus,
„donamus, impertimur, elargimur,
„facimus ac pronuntiamus perpetuo &
„in ævum hoc noſtro diplomate. Ca-
„vemus inſuper & edicto noſtro ſupre-
„mæ poteſtatis præcipimus, & inhibe-
„mus, ne quiſpiam ſpiritualium vel
„ſæcularium perſonarum Dominiis no-
„ſtris ſubjectarum, eosdem Religioſos
„Ordinis ſancti Franciſci Capucinos
„quovis modo, prætextu, colore &
„ingenio, circa exercitia ſpiritualia ac
„devotiones illorum privatas & publi-
„cas, juxta Ritum ſacræ Romanæ Ec-
„cleſiæ, impediat, vel impediri per

Sæc. XVIII. A. C. 1721. „se, vel subordinatas personas faciat, „verum iisdem debitum honorem, amo„rem, & observantiam, omnes & sin„guli, & quilibet in particulari facere, „præstare & exhibere tenebitur, Quam „quidem fundationem pura intentione „ad majorem Dei ter Optimi Maximi „gloriam modo præmisso per Nos fa„ctam, ratam, & gratam habentes, „haberique a Serenissimis Successoribus „nostris volentes ipsam fovere, paterno „affectu tueri ac defendere appromit„timus. Cæteraque ad erectionem, „conservationem, ac manutentionem „ejusdem fundationis nostræ necessa„ria, ac opportuna procurare, & pro„curari facere promittimus, ac conce„dimus præsentium vigore literarum, „in fidem vero præmissorum omnium „& singulorum ac Testimoniorum di„ploma hocce Manu nostra subscriptum „sigillo nostro communiri fecimus, & „demandavimus: Datum per Manus „Principis a Galowin Cancellarii nostri „supremi in præsentia &c.

Tam prona Ducis Magni voluntas haud dubium fidei Catholicæ in vastissimo hoc Imperio revocandæ spem summo Pontifici ingesserat, potissimum eo nomine, quod ipsemet Dux jam ante quatuor annos datis ad Papam literis pollicitus esset, se Catholicis plenam Reli-

Religionis ſuæ exercendæ libertatem in ſuis Provinciis conceſſurum: Ea- propter Pontifex in pleno Patrum conſeſſu celeberrimum Mathematicum Bianchini tanquam Legatum a Latere, duos Præſules & viginti quatuor Miſſionarios Moſcoviam decernere ſtatuit. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Cum autem idem Moſcoviæ Dux haud contentus eſſet, quod apud Ruſſorum Nationem civile ac militare regimen ad optimam normam reduxiſſet, inſuper die ſecunda Novembris confectas Nyſtadii in Finlandia cum Suecis pace, ad Ruſſorum religionem a corruptelis, atque ſuperſtitionibus expurgandam animum adjecit: quoniam vero id ſuæ poteſtatis limites excedere arbitraretur, Collegium Eccleſiaſticum, quod ex uno Præſide, duobus Pro-Præſidibus, quatuor Conſiliariis, & totidem Aſſeſſoribus conſtaret, inſtituit, eisque injunxit, ut præmiſſo maturo examine regulas præſcriberent, juxta quas ipſi omnia Eccleſiaſtica negotia & cauſſas in univerſa Ruſſia dijudicarent, ut quivis in rebus ſacris hujus Collegii Eccleſiaſtici ſententiæ, & judicio ſtare teneretur. Præcipiebatur autem I. Ut ſedulo inquiratur, an omnia rite & juxta Religionis Chriſtianæ præcepta peragantur. II. Eo fine, omnes precum formulæ, an ſacris

Gottfrid Hiſt. cont. Chron. l. 17. pag. 792.

Sæc. XVIII. A. C. 1721

literis sint consonæ, & III. Sanctorum vitæ, & reliquiæ discutiantur, utrum non falsæ, vel ridiculis falsisque historiis contaminatæ sint IV. aboleantur omnes novitates, quibus homines vel ad actiones pravas inducerentur, vel ad usum fallacis medii ad salutem inducuntur, uti sunt omnibus feriis sextis abstinere a labore, credere quod omnis, qui Kioviæ in Peozeriano Monasterio sepelitur, licet impœnitens esset, salvaretur tamen. V. inepti ac noxii ritus abrogentur, v. g. mulierem passis crinibus sub nomine sanctæ Pœnitentiæ in supplicatione publica circumducere eique ante quamlibet Ecclesiam honorem exhibere & dona largiri, sub spe maximæ felicitatis inde consequendæ, aut Litanias cum populo sub quercu per Sacerdotes cantare, ramosque distribuere; abrogentur ergo omnes ritus, qui vel superstitionem, vel hypocrisin aut quæstum præseferunt. VI. Prosperciatur populo de libris necessariis, ut sedula eorum lectione populus in Christiana religione probe imbuatur. VII. Ditiora cujusque Diœcesis monasteria vigesimam sui frumenti, & trigesimam suorum proventuum partem Scholis tradant. VIII. Episcopi præter molendinas, aliaque utilia ædificia nullas ædes duntaxat ad luxum & pompam erigant.

erigant. IX. Sacerdotes pro ſui mi- Sæc. XVIII.
niſterii actibus; v. g. adminiſtratione A. C. 1721.
Baptismi, ſepultura &c. nihil paciſcantur, ſed ultro oblatis contenti ſint. X. Monachi nullum triginta annis minorem, nullum militem vel ruſticum niſi a ſuo Hero rite dimiſſum, nullum Maritum, nec filium ſine parentum conſenſu, nullum ære alieno gravatum, vel Cancellariæ miniſterio addictum in ſacram ſuam familiam cooptent, cooptati vero unius anni tyrocinium ſubeant, priusquam vota ſolemni ſponſione emittant. XI. facta etiam profeſſione, & ſuſcepto S. Ordine, ſi eos promiſſi pœnitet, ſine moleſtia vel ignominiæ nota e clauſtro abire, eis licitum ſit. XII. Monialis usque ad ſexageſimum ætatis annum non velata maneat, ac interim, ſi voluerit, matrimonium inire poterit. XIII. Prope monaſteria, quorum reditus ſunt abundantiſſimi, Noſocomia exſtruantur, in quibus decrepiti, vel infirmi per totum vitæ ſpatium ad Dei honorem alantur.

Hoc Religionis ſtudium, atque erga Religioſos Catholicos pietas in Principe Schismatico ſummopere commendanda videtur, & ſi quid in hiſce præceptis ab hoc Conſilio Eccleſiaſtico Catholicæ religioni minus congruum fuit ſtatutum, inveterato ſchismati, non

Reli-

Sæc. XVIII A. C. 1721. Religionis odio imputandum est: Hunc saltem fructum, benedicente Domino, hæc restaurata disciplina protulit, ut Theodorus Tobolienſis in Siberia Metropolita intra breve temporis spatium ultra quadraginta Tartarorum millia ad Christianam fidem reduxerit, eisque tantum in Idololatriam horrorem implantarit, ut ipsimet erectis viginti novis Templis sua delubra destruerent, & certatim idola in ignem conjicerent:

Senatus quoque Petroburgensis, ut ob paternam Ducis sollicitudinem, ac restauratam Regni felicitatem gratum eidem monstraret animum, Petrum Ducem rogabat, ut hunc assumere dignaretur titulum: *Petrus Magnus, patriæ Pater, & totius Russiæ Imperator*: Ad hanc suorum petitionem suspensus hæsit Dux, re autem cum Novogradensi & Plasckovienſi Archiepiscopis in deliberationem vocata, eisdem respondit, se eorum votis assensurum, petere tamen, ut die decima quarta Octobris omnes Regni Ordines suam petitionem amplioribus verbis exponerent. Præfata igitur die Galofkin supremus Cancellarius nomine omnium Ordinum luculentam habuit orationem, in qua exposuit, totam Russorum Nationem immotæ Ducis sui sollicitudini in acceptis referre,

referre, quod ea inter alias morigeratas Nationes *ex nihilo ad quid magnum* elevata fuerit, ac propterea in gratitudinis signum hunc titulum offerat &c. Altera mox die Schaffirofus Pro-Cancellarius cunctis exterorum Principum Ministris significabat, suum Ducem ad subditorum preces titulum Imperatoris assumpsisse: reclamabant tamen nonnulli Principes, ac præcipue Carolus Imperator, eoquod ejusmodi prærogativa sine totius Imperii consensu invehi nequiret. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XXXIV.

Varii Protestantium motus contra Electorem Palatinum.

Quamvis Carolus Philippus Palatinus Elector sæpius declarasset, quod Religionis gravamina a Calvinistis & Lutheranis excogitata juxta Imperatoris & Principum ab eo deputatorum sententiam abolere paratus esset, nihilominus Joannes de Reck Angliæ Regis Consiliarius nomine sic dicti *Corporis Evangelicorum* importunius petebat, ut Elector Calviniano-Ecclesiasticum Senatum, necnon Ecclesiasticorum bonorum administrationem Heidelberga Manheimium non transferret, ad officia Protestantes assumeret, & *Struvens Pfälz. Kirch. Hist. cap. 14. p. 1493.*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

& ubique ac præcipue Ebenriedæ omnia circa Eccleſiaſtica ad normam Badenſis pacis in priſtinum ſtatum reduceret. Verum Elector denuo die ſecunda Januarii declaravit, exſpectandum eſſe Cæſareæ ſuæ Majeſtatis judicium, nec ampliora a ſe eſſe expetenda: quoniam vero tam Lutherani quam Calviniſtæ mutuis & clandeſtinis congreſſibus novos motus, præcipue poſt adventum præfati Conſiliarii, in urbe concitarent: necnon circa præſentes Regiminis ac Religionis controverſias falſa & injurioſa ad exteros perſcriberent, publicisque novellis in vulgus ſpargerent, ac propterea ipſemet Reckius a Mezgero Palatino Pro-Cancellario deſuper reprehenſus fuiſſet: eapropter Elector die decima nona Decembris publico edicto interminata etiam mulcta pecuniaria, aliisque pro culpæ modo gravioribus pœnis omnibus Proteſtantibus ſubditis ſuis inhibuit, ne de religionum intra vel extra Palatinam ditionem negotio cum ullo cujuscunque conditionis foret, ore, vel calamo agerent, vel quasdam relationes mitterent, ſed ſuas querelas duntaxat apud Commiſſarios in Religionis cauſſa nominatos deferrent: Non minus æqua ac neceſſaria erat hæc cautela; ut enim Proteſtantes exco-

excogitatis suis gravaminibus falso sal- Sæc. XVIII.
tem rumore majorem conciliarent auc- A. C. 1721.
toritatem, necnon Electorem, & Catho-
licis Imperii Principibus exosos red-
derent, atroces calumnias contra Ca-
tholicos ac præcipue Jesuitas in publi-
cis Novellis præsertim in Hollandia
disseminarunt, uti patet ex ipsius Ele-
ctoris Palatini declaratione, quam in
veritatis ac innocentiæ testimonium die
vigesima quinta Novembris anno priori
ex typographia Aulico - Academica
publicam reddidit hujus tenoris:

„Nos Carolus Philippus Dei gratia
„Comes Palatinus Rheni S. R. J. Archi-
„thesaurarius & Elector Bavariæ, Juliæ,
„Cliviæ & Montium Dux: Princeps
„Moersiæ, Comes Velldentiæ, Sponhe-
„mii, Marchiæ & Ravensbergæ: Domi-
„nus in Ravenstein &c. Declaramus &
„notum facimus tenore præsentium uni-
„versis, quod cum Nobis Provinciæ
„Rheni superioris, & Flandro Bel-
„gica Societatis Jesu humillime expo-
„suerint, iteratas hactenus & diversas
„a Novellistis calumnias Societati suæ
„fere ubique, potissimum autem in Hol-
„landia, non sine gravissimo Provinciæ
„Flandro - belgicæ detrimento esse affi-
„ctas, ac si nimirum Heidelbergenses præ-
„fatæ Societatis Patres omnium, quæ
„hactenus in Palatinatu, tam quoad
„Cate-

Sæc. XVIII A. C. 1721.

„Catechismum Heidelbergenſem quam „templum S. Spiritus acta ſunt, cæte„rarumque turbarum auctores, atque „ſtudioſi, ad irrogandas tam perſona„les, quam reales injurias famulis Le„gatorum exterorum, a Jeſuitis inci„tati, imo quod plus eſt, ab his juſſi „eſſent, ut unum e famulis Legati „Sereniſſimi Regis Angliæ, ſive vivum, „ſive mortuum ad Collegium deferant. „Et cum hoc ipſum rite examinatum, „omnino a veritate alienum deprehen„deretur: evulgatum a malevolis am„plius eſſe, Impoſtorem, qui hoc „ipſum ſparſerat, a Jeſuitis in colle„gium ſuum clam traductum corru„ptumque fugam arripuiſſe. Quæ & „ſimilia licet juxta protocolla Univerſi„tatis falſa prorſus inventa eſſent, ta„men tandem fidem paſſim & præſer„tim apud præpotentes DD. Status „Generales Belgii fæderati inveniſſe, „ut iisdem permoti omnes Societatis „Miſſionarios e Provinciis ſuis exeſſe „juſſerint, &c. ac proinde ſibi incumbere „ne moderno aut futuris temporibus „dicteria hæc fidem inveniant, ſibi & „famæ Societatis ſuæ nocituram, ma„turis remediis præcavere; demiſſiſſime „ſupplicando, quatenus auctoritatem „noſtram Electoralem interponere, pu„blicoque teſtimonio tot affictas calum„nias

„nias amoliri a Societate clementer Sæc. XVIII.
„dignaremur. Nos ſubmiſſis pariter, A. C. 1721.
„& æquis earumdem precibus benigne
„annuerimus, prout per præſentes an-
„nuimus ac proinde fide & auctoritate
„Electorali teſtamur, palamque faci-
„mus omnibus & ſingulis, nihil eorum,
„quæ prædictis Patribus imputata ſunt,
„inventum eſſe per eos, quos ordinavi-
„mus ad indagandam rei veritatem,
„tam e Regimine Electorali, quam Uni-
„verſitate noſtra, utriusque Religionis
„Commiſſariis, prout eorum acta pu-
„blica, necnon protocolla, ſingulorum-
„que membrorum dictæ Univerſitatis,
„quæ hac de re colligi, Nobisque re-
„ferri juſſimus vota, id palam & ab-
„unde teſtantur, atque ideo inique
„agi, actumque cum ſæpe dictis Patri-
„bus hucusque eſſe, ſi ſub hoc vel alio
„prætextu, ab his vel illis ſtatibus,
„aut aliis quibuscunque, quas hacte-
„nus contra æquitatem paſſi ſunt, per-
„ſecutiones deinceps & oppreſſiones
„ſuſtinere cogantur, a quibus, ut con-
„fidimus fore, ut abſtineatur in poſterum,
„ita, quæ hactenus contra jus fasque
„ex falſis ſolummodo confictisque rumo-
„ribus in immerentes ſtatuta ſunt, ab-
„roganda iterum, condignisque reme-
„diis emendanda eſſe ſperamus, in
„cujus rei fidem has ipſis literas manu

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„noſtra ſubſcriptas, & ſigilli Noſtri „Electoralis appreſſione munitas dedi„mus. Manheimii die 25. Novembris „MDCCXX.

CAROLUS PHILIPPUS,
Elector Palatinus.

§. XXXV.

Proteſtantium querelæ contra hoc Electoris Palatini edictum.

Kern Chron. pag. 45.

Pupugit Ratisbonenſes Proteſtantium Principum Legatos præfatum Palatini Electoris edictum, quapropter habita conſultatione die vigeſima ſecunda Januarii Cæſari exponebant, hoc edicto contra Pacem Weſtphalicam Proteſtantes ſubditos in ſuæ Religionis libertate turbari, eoquod eis vel apud Cæſarem vel ſupremas Imperii Curias ſcriptotenus ſuas querelas deferre, opem & patrocinium quærere, interdiceretur, Imperatoris etiam ſicut & ceterorum Principum utpote compaciſcentium poteſtati injuriam fieri, eoquod ſuum officium, quo juxta ſecundum Capitulationis articulum Religionis oppreſſionem præcavere & pacis leges contra quemcunque tueri tenentur, exequi præpedirentur, ſi interdicto literarum commercio ne minimam quidem

dem notitiam de ejusmodi oppreſſionibus habere poſſent; aliunde vero Catholicos contra pacem Weſtphalicam & Rysvicenſem, ad invehendam ſuam religionem exterorum Principum opem imploraſſe, & nuperrime Moguntinum Electorem armata manu in alienis territoriis in cauſſa Bipontina Catholicos juviſſe &c. Eapropter præfatus Rechius die quarta Januarii denuo ab Electore petebat, ut I. Calviniano-Eccleſiaſticum Conſilium Heidelbergæ remaneret. II. Paſtor Ebenriedanus ſuæ Parochiæ & reditibus redderetur. III. Omnes in religione novitates Weſtphalicæ Paci adverſantes juxta Badenſem pacem abolerentur. Verum Elector I. reſpondit, neceſſe eſſe, ut præfatum Conſilium ibi ſubſiſteret, ubi durante gravaminum diſcuſſione Princeps territorialis, aliaque tribunalia forent, nec æquum eſſe, ut Principi ſuo ſubditi leges præſcriberent. II. Litem cum Comite de Wolfſtein reſpicere jurisdictionem territorialem, nec Electorem hac in re ei cedere poſſe. III. Circa Religionis controverſias Electorem etiam in Neoburgenſi Ducatu rem in priſtinum ſtatum reponere, paratum eſſe, nec tamen Paſtorem reſtitui poſſe, niſi publicas preces, prout ſemper moris fuiſſet, pro Electore tanquam ſuo

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Principe territoriali fundere haud ultra renueret, prout ei perperam a præfato Comite prohibitum: ac denique Electori pergratum fore, si Rechius Heidelberga excederet; haud enim tolerandum, ut cum Palatinis subditis ipse circa Religionis res clandestina foveret conventicula: Tandem vero Elector die septima Martii decreto suo declaravit, se ad medelam Protestantium veris gravaminibus ferendam pronum esse, ac novitatum abolitionem Deputatis injunxisse, nec per Commissionis decretum anno priori die duodecima Aprilis editum aliud intendisse: facta hac declaratione Protestantes Ordines denuo sese Conventibus Imperialibus interfuturos statuebant, mox tamen contra novum Commissionis decretum die trigesima Junii anno sequenti reclamarunt. Cum autem Imperator die decima quarta Februarii gravissimis verbis Protestantibus declarasset, quod gravamina ab eis proposita facile aboleri possent, dummodo vicissim Protestantes tandem a bellicis consiliis & fœderibus pro tuenda secta inter se initis abstinerent, eoquod jus fœderum eis competens nullatenus ad ejusmodi fœdera extendi posset, aliunde vero nomen *Corporis* sibi perperam arrogarent, & prætensi ejusmodi Corporis vota communi

munia omnino reprobanda forent, nec unquam Imperator permiſſurus eſſet, ut Proteſtantes jurium Majeſtaticorum co-exercitium ſibi arrogare præſumant. Verum Proteſtantes rurſus die decima quarta Martii ex *communi voto* reſponderunt, Religionis gravamina ante pacem Badenſem exorta, eoquod *in facto* conſiſterent, per Imperii deputationem tolli non poſſe, ſed executioni eſſe obnoxia, præcipue circa Palatinam controverſiam, eoquod Imperii deputatio tantum vigeat in dubiis & controverſis cauſſis, Calvinianæ autem Religionis ſtatus in Palatinatu jam per pacem Weſtphalicam eſſet ſtabilitus, & clauſula Rysvicenſis in Imperio non valeret contra Proteſtantes. His autem Catholici die trigeſima Maij oppoſuere; Cæſaream deputationem opportuno ad tollenda gravamina remedio per Imperatoris edictum fuiſſe agnitam, modum exequendi duntaxat extendi poſſe ad turbida tempora ante pacem Weſtphalicam, nunc ſtandum eſſe Cæſareis mandatis, ac prius utriusque Religionis gravamina eſſe examinanda, circa antiquiora gravamina Imperii Ordinibus ſalvum eſſe relinquendum jus reformandi, intacto ſtatu anni decretorii, querelas ad Imperii tribunalia delatas ſecundum juſtum & Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

æquum esse decidendas, & novitates vel tacito consensu, vel pactis introductas esse conservandas, salvo jure reformandi, Risvicensem clausulam sine Gallorum consensu tollere, Catholicis integrum non esse, pacem vero Ultrajectinam sine Cæsaris ac Imperii consensu fuisse initam, proin eam Protestantibus non favere.

§. XXXVI.

Viennensis Episcopatus ad Archiepiscopatum evectus.

Struv. Corp. Hist. Germ. Period. X. pag. 1538. Lettr. Hist. Oct. 1720. pag. 430. Struv. Corp. Jur. publ. pag. 690. Mascov. diss. de Primat. §. 71.

Jam ante biennium, uti memoravimus, Carolus VI. Imperator Viennensem Episcopatum ad Archiepiscopatus dignitatem evehi a Clemente XI. Papa petebat: Obstabant tamen Salisburgensis Archiepiscopus atque Passaviensis Episcopus; hactenus enim Viennensis Episcopus Salisburgensi tanquam suo Metropolitano erat subjectus, jus vero Diæcesanum in terris Austriacis Passaviensi competebat. Ambo igitur pro tuendis suis juribus Romæ ac Viennæ gravissimas deponebant querelas; nihilominus tamen die decima octava Octobris anno priori Alexander Albani tum Viennæ agens Pontificis jussu Imperatori declaravit, quod ipse insuper habita utriusque Præsulis oppositione hanc

hanc gratiam concedere paratus esset. Nec promissionis facilitati defuit operis constantia; die enim sexta Martii hoc anno Pontifex annuit, ut Episcopatus Vindobonensis in Archiepiscopatum erigeretur. Postquam vero præfatus Pontifex decima tertia post die mortalitatem exuerat, pristina recruduit oppositio, resque ad effectum plene deduci haud potuit, donec Innocentius XIII. die prima Junii anno sequenti Romæ in secreto, ut vocant, Consistorio novi hujus Archiepiscopatus erectionem confirmaret, Bullamque desuper publicam redderet. Agebatur tamen adhuc de concedendo Pallio Archiepiscopali, quod etiam novus Archiepiscopus Sigismundus Comes de Collonitz obtinuit, eoque die vigesima quarta Februarii anno hujus sæculi vigesimo tertio præsente ipsomet Imperatore ejusque Augustissima Familia Pontificis Nuntio, præcipuis Aulæ Proceribus, atque universo Clero in Ecclesia Metropolitana ad S. Stephanum investitus est. Inde deliberatum, qua ratione novo Archiepiscopo Suffraganei subjicerentur Episcopi, attamen annuente Pontifice Neostadienses Episcopatus, qui semper soli sacræ Sedi subjectus erat, & cui tum recens electus præerat Joannes Mauritius Comes de Man-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A.C. 1721. derſcheid, fuit denominatus, cui adjuncti fuere Præpoſitus Neuburgenſis, Abbates Mellicenſis & Göttwichanus Ord. S. Benedicti, necnon varii reditus ex diverſis Abbatiis eidem Archiepiſcopatui aſſignati. Nihilominus Raymundus Ferdinandus Comes de Rabatta tum Paſſavienſis Epiſcopus Viennam profectus, habitis pluribus cum Imperatore colloquiis graviſſimum vulnus ſuæ Eccleſiæ juribus infligi demonſtrabat, tandem is ſuo quoque conſenſu accedebat, poſtquam vero inſuper a Joſepho Dominico Comite de Lamberg Paſſavienſi Epiſcopo peteretur, ut ex Diæceſi ſua diſtrictum, qui ſeſe cis Danubium ad quindecim omnino leucas extenderet, unacum Monaſterio Neuburgenſi ad S. Crucem, & Mariazellenſi, Novo Archiepiſcopo cederet, ejus vero Capitulum Cathedrale ſeſe acriter opponeret, rurſus Menſe Januario An. 1724. Viennam contendit, nullique perpercit laborí, ut ſuam Diæceſin in priſtina integritate ſervaret: Aſt hoc negotio jamjam Romæ confecto cedere coactus, viciſſim Archiepiſcopale pallium a Papa obtinuit, ejusque Epiſcopatus ab Archiepiſcopo Salisburgenſi in omnibus, niſi quoad Synodalia in perpetuum a Benedicto XIII. Anno 1724. exemptus necnon Eccleſiæ Cathedralis Decano

uſus

usus Mitræ concessus est, Archiepiscopo Salisburgensi tam Viennæ, quam Romæ, atque in Imperii comitiis ob jus Metropoliticum sibi per hanc exemptionem ereptum strenue, incassum licet, reclamante. Sæc.XVIII. A.C. 1721.

§. XXXVII.

Primus in caussa Venerabil. Joannis Nepomuceni processus a Clem. XI. probatus.

Annus agebatur post Christum natum millesimus trecentesimus octogesimus tertius, cum Wenceslaus Bohemiæ Rex ac Cæsar Joannem in oppido Nepomuk natum Canonicum ad S. Viti amplis honorum opumque pollicitationibus, ac demum minis, carcere, equleo, aliisque tormentis pelliciebat, ut Joannæ Imperatricis, quæ Alberti Bavariæ Ducis Filia erat, confessionem & quicquid unquam illa ei confitens manifestasset, ex ordine exponeret: Illum vero Imperator, eoquod toto capite ac severo vultu sacrilegium aversaretur, nocte ad Pragensem pontem Moldaviæ flumini impositum deductum ac manibus, pedibusque revinctum in subjectum flumen ex ponte in pervigilio Ascensionis Dominicæ eodem anno dejici jussit. Inclaruit *Hist. Univ. t. 8. c. 1. pag. 967. Vita. S. Joan.*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

mox poſt glorioſam hanc mortem miraculis celeberrimus hic Sacroſancti Confeſſionalis Sigilli Cuſtos, eumque Reges & Principes, Leopoldus Auſtriæ Archidux, Ferdinandus I. II. & III. Leopoldus I. Imperatores Nepomucenum tanquam Martyrem & Beatum coluere, publicusque ac conſtans eidem cultus deferebatur. Demum Ferdinandus III. hortante Cardinale Erneſto II. de Harrach Pragenſi Archiepiſcopo ſæpius de publico ejusdem cultu, deque illius ab Apoſtolica Sede petendo Canonismo egit. Verum bella, ſeditiones, hæreſes Huſſitica & Calviniana, aliæque fatales temporum iniquitates præpediebant, quo minus ſerio unquam de Cælitum honoribus, qui Servo Dei hactenus habiti ſunt, eidem Apoſtolicæ Sedis oraculo firmandis, atque ad publici, ſolemnisque cultus gradum efferendis agi potuerit. Cum autem inter ipſas haſce tumultuantis hæreſis tempeſtates, diſponente ita Dei providentia, plures adhuc ſalvarentur Codices a coævis Authoribus, & Divi Martyrio vicinis conſcripti, in quibus monumentis de ipſa obitus ſui cauſſa, cultu, & gratiis ejus patrocinio obtentis idonea haberentur teſtimonia, eapropter Ferdinandus Comes de Kynburg Pragenſis Archiepiſcopus per integrum

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

decennium Pragæ & Romæ omnem adhibuit operam, ut in ejus gesta, virtutes, matyrium, & prodigia rite inquireretur, ut tandem processus, uti ajunt, in Rotam introduci posset: Tandem processu solemni & ad Romani rigoris limam exacto idem Archiepiscopus cum Georgio Spinola Nuntio Apostolico desuper collaturus, Viennam profectus est & pro se hac in caussa Judices delegatos constituit Danielem de Magern suum Suffraganeam, Vicarium Generalem, & duos Theologiæ jurisque Doctores, Bernardum Germeten caussæ Procuratorem, & Promotorem seu Fiscalem Joannem Blowski Juris utriusque Doctorem: Hi, ubi processum ut vocant, *informativum* juxta Constitutiones Pontificias confecerant, anno hujus sæculi decimo nono die tertia Januarii, & præfatus Archiepiscopus die vigesima nona ejusdem Mensis totam caussam ordinaria ejus auctoritate firmatam ad summum Pontificem Clementem XI. & Sacram Rituum Congregationem retulere, simul etiam Carolus VI. Imperator, omnesque Bohemiæ Status summis precibus supplices facti sunt, ut idem Pontifex & Congregatio *introductionem* hujus caussæ, illiusque prosecutionem admittere dignarentur, eo fine, ut demum huic Martyri

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

tyri collatus jam pridem voce populi honor, ac ſancti titulus voce etiam ſupremi in terris Vicarii Chriſti ratus haberi poſſet: His acceſſere ſupplices ea de re literæ ex omni Septentrione Auguſtarum, Regiarumque Majeſtatum, utriusque fori Principum, Præſulum, Ordinum Religioſorum, & Academiarum maximo numero advolantes. His permotus Clemens, cum ipſemet privata pietate Divum Joannem ſinguläriter, ſtatoque precum penſo indies venerari conſueviſſet, eo facilius in ſupplicantium vota conceſſit, ac conſtituto hujus cauſſæ Ponente & Procuratore Michaele Friderico Cardinale de Althan necnon Promotore Fidei Proſpero de Lambertinis Congregationem Sacrarum Rituum die decima quinta Februarii aperuit, voluitque, ut in ea de cauſſæ introductione decerneretur, ac matura teſtimonia, & proceſſus de hujus Martyris vita, morte & prodigiis tam Viennæ, quam Pragæ & Olomutii inſtituti, ſimulque Pragenſis Archiepiſcopi judicium deſuper latum diſcuteretur, atque auctoritate Apoſtolica confirmaretur. Die nona Aprilis anno hujus ſæculi vigeſimo idem Archiepiſcopus alterum proceſſum ſuper cultu memoriam hominum excedente Romam ſubmiſit: Cum autem omnes S. Congregationis

tionis Patres unanimi suffragio censerent, Supplicantium votis ac precibus annuendum esse, ac die decima octava Februarii re denuo in deliberationem vocata, tandem Pontifex causſæ introductionem significavit, primumque Archiepiscopi processum seu judicium approbavit. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XXXVIII.

Beati Martyris honores Venerabili Joanni de Nepomuc ab Innocentio XIII. decreti.

Tanta erat Pomucensium veneratio erga suum Popularem Joannem, Venerabilem Dei Servum, ut statim ab ejus morte ex ea domo, in qua Hic primam vitæ lucem aspexit, in S. Joannis honorem Sacellum erigerent, quod postea Franciscus Baro de Sternberg, Nepomuci Dominus, in novam ac magnificam Ecclesiam D. Joannis Nepomuceni memoriæ dicatam magnis sumptibus convertit. Cum autem Archiepiscopus Pragensis ex stupendis, quæ Deus ad ejus tumulum operatus est, prodigiis, miraque cælestis odoris fragrantia inde effusa sacri Corporis incorruptionem haud temere conjectaret, hinc inter processus articulos id expositurus, juxta Pontificias Constitutiones Sepul-

Acta utriusque Processus in causſa Can. Joan. Nep. Summar. Processſ. I. n. 1. & seqq. Bened. XIV. t. 4. l. 4. p. 1. c. 30. p. 285.

Sæc. XVIII. A. C. 1721

Sepulcrum hujus Servi Dei visitare constituit: Die igitur decima quinta Aprilis anno hujus sæculi decimo nono Joannes Florianus Hammerschmidt Vetero-Pragæ in Theyn Curatus & Wenceslaus Constantinus Potutziek Metropolitanæ Ecclesiæ ad D. Vitum in Castro Pragensi Sacristanus ambo antiquitatum peritissimi præstito juramento de veritate dicenda, & servando secreto depositore, ipsis certo constare, quod Venerabilis Joannis Nepomuceni cadaver in præfatæ Ecclesiæ ambitu versus portam sepultum quiescat. Postea Archiepiscopus qua Judex idem juramentum tribus Medicinæ ac Chirurgiæ Doctoribus Joanni Löw ab Erlsfeldt, & Carolo Puchman, Sebastiano Fuchs, & duobus Chirurgis Jacobo Schutzbreth, & Ferdinando de Hochenvorth detulit, quod sigillatim omnes flexis genibus deposuerunt. His præmissis Archiepiscopus Pragensis cum Joanne Francisco Blowsky Promotore Fiscali, & Bernardo a Germaten ex suo Palatio ad Ecclesiam Metropolitanam procedens, coram præfatis Ecclesiasticis, Medicis, Chirurgis, Notario publico, aliisque testibus lapidem sepulcralem unacum clatris ferreis amoveri jussit, ubi fabri ferrarii & ferrarii aliique periti speciatim advocati interpo-

terpoſita juramenti religione teſtaban- Sæc. XVIII.
tur, ex ligaturis ipſiusque operis ru- A. C. 1721.
ditate conſtare, hoc ſapere opus ducentorum vel trecentorum annorum vetuſtatem, lapidem vero nunquam antea remotum, & jam trecentis abhinc annis huic ſepulcro fuiſſe appoſitum videri, eoquod totus hinc inde ſit mutilatus, & ab igne ac incendio, quod Pragæ Anno 1541. in arce Regia eſt exortum, adeo læſus, ut ubique foramina ad craſſitiem unius digiti reperiantur: cum autem in præfato lapide characterе antiquiſſimo inſculpta legerentur hæc verba: JOANNES DE POMUCK, hinc præfati duo Antiquarii ſub juramento edixerunt, hos eſſe characteres ejusmodi, prout Anno 1383. fuerant in uſu, & conſimiles literis, quæ in Sacello Sternbergico Anno 1230. & 1278. appoſitæ viſuntur.

Poſtmodum egeſta humo inventum fuit ejusdem Venerabilis Joannis Corpus, quod licet carne exutum, ea tamen forma collocatum erat, ut inſpecto naturali ordine concinnius aptari non potuiſſe, coſtasque lateris ſiniſtri ſucco plenas, ſeu quodam oleoginoſo humore madidas fuiſſe, jurato teſtarentur hi tres Medici ac duo Chirurgi. Obſtupeſcunt tamen omnes, atque una voce & conſenſu prodigium inclamant, dum tota corporis mole exeſa, & calvaria peni-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

penitus evacuata, ſolam linquam integram, ab omni corruptione immunem, rubro colore vividam, & per tria ſæcula ſic conſervatam, quæ tamen pars apud alia corpora primum putrefactioni obnoxia eſt, deprehendunt, hocque prodigio perciti unanimi ſuffragio profitentur, ideo ſolum hoc membrum in heroicæ virtutis præmium ſuperne fuiſſe clarificatum, eoquod Venerabilis Joannes Divino obtemperans præcepto cuſtodiam poſuerit linquæ ſuæ, ne arcanum Sacramentale vulgaret. Hujus linquæ recognitio judicialis auctoritate Pontificia & Cæſarea rurſus facta eſt Anno 1725. de qua Benedictus XIV. Pontifex Maximus hæc habet: „Dum mu„nere fungebar fidei Promotoris, poſt „approbatum Martyrium & cauſſam „Martyrii in cauſſa ſancti Joannis Ne„pomuceni tranſitus factus eſt ad diſ„cuſſionem dubii ſuper ſignis, & mira„culis, & inter cætera ſigna & miracula „propoſitum fuit illud perennis incorru„ptionis linquæ Ipſius. Sanctus Martirio „fuerat coronatus An. 1343. & judicia„lis recognitio linquæ facta eſt An. 1725. „& ſic poſt tercentum & octoginta duos „annos (*) ab obitu. Inventa eſt autem in-

(*) Circa annum Martyrii errorem irrepiſſe autumo: omnes enim Hiſtorici teſtantur, S. Joan-

„integra, & retinens figuram & for- Sæc. XVIII.
„mam linguæ humanæ. Color appa- A. C. 1721.
„ruit talis, qualis est in lingua homi-
„nis viventis, & mollis erat atque
„flexibilis. Signa hæc sunt incorru-
„ptionis, & quidem supra Naturam,
„cum nulla suspicio fuerit de causa
„naturali, aut artificiali incorruptionis.
„Additum est, linguam inter cæteras
„humani corporis partes esse præcipue
„corruptioni obnoxiam, cum juxta
„Anatomistas magna pars ejus ex fibris
„carneis sit contexta, & fibræ carneæ
„magna sanginis copia sint repletæ &
„sanguis suo carens fluxu, sive circu-
„latione ad corruptionem impellat, uti
„videmus in gangræna, & sphacello
„inductis ab impedito cursu sanguinis,
„& uti videmus etiam in sanguine per
„venæ

S. Joannem fuisse natum circa An. 1320. atque ex ponte in Moldavam fuisse dejectum An. 1383. ita quoque legitur in antiqua ejus inscriptione sepulcrali, hujus tenoris: *Honorabilis Dominus Magister Joannes Nepomucenus, hujus Ecclesiæ Canonicus, Reginæ Confessarius, quia Sacrosancti Confessionis Sigilli custos usque ad mortem fuit, a Wenceslao IV. Bohemiæ Rege, Caroli IV. Filio, tormentis tentatus ex ponte in Moldavam præcipitatus miraculis clarus, heic jacet sepultus, Anno MCCCLXXXIII.* hinc ea quoque verba: *trecentum & octoginta duos annos*, corrigenda, ac legendum *trecentum quadraginta duos annos.*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„venæ ſectionem excepto in aliquo „vaſe; illico enim turbatur, ipſius „fibratæ partes globulis rubicundis „permiſtæ coguntur, atque atrum „colorem contrahunt, ſerumque ab „eis ſecretum ſupernatat. Phyſicis ra„tionibus pia quoque acceſſit conſide„ratio, Deum videlicet incorruptam vo„luiſſe tot annorum ſpatio mirabiliter „illam linguam permanere, quod „Sanctus vitam amiſerit, ne proderet „ſecretum ſacramentalis confeſſionis. „Matta de Canonizatione ſanctorum „Part. III. cap. 14. Num. 2. ita ſcribit: „Ingenti admiratione dignum, quod „aliquando, reliquo corpore conſumpto, „partis alicujus, cui perfectionis do„num & virtus prærogativa præcipue „debebatur, ſubſtantia omnis incor„rupta, & vivido colore perfuſa anim„adverſa ſit, & inventa. Et his, aliis„que pluribus ponderatis, ſacrorum „rituum Congregatio tanquam miracu„lum ſecundi generis approbavit peren„nem Linguæ incorruptionem, ut con„ſtat ex Decreto edito die 11. Januarii „1729. quod apoſtolica Auctoritate fuit „roboratum a Papa Benedicto XIII. die „16. Februarii ejusdem anni.„

Poſtquam igitur rem ita ſe habere compertum erat, Corpus ſeu Oſſa Venerabilis Servi Dei Joannis in Tumbam

ſtaneam

ſtaneam unacum ſacra lingua pixidi argenteæ incluſa imponebantur, demum eadem Tumba omnino obſerrata iterum reponebatur in aliam capſam quercinam Archiepiſcopi & Promotoris ſigillo ſignatam, ipſumque ſepulcrum terra iterum repletum ac eodem lapide contectum fuit. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Nondum integer effluxerat Menſis, quo Innocentius XIII. Divi Petri Cathedram conſcendit, cum cæptam ſub Prædeceſſore Clemente cauſſam continuandam ſibi ſumeret. Habebatur ergo conſueta Cardinalium Congregatio, in qua Patres accitis iterum Conſultoribus re diu ac mature prius diſcuſſa publicis ſuffragiis cenſuerunt, ad Beatificationem Venerabilis hujus Servi Dei tuto procedi' poſſe. Huic ſententiæ tam in ſecreto quam in publico Conſiſtorio unanimi voce acceſſere reliqui Cardinales, ac propterea Innocentius explorata per preces Dei voluntate Joannem Nepomucenum rite Beatorum Albo accenſuit, ac die decima tertia Maij hoc anno conſuetum Breve Apoſtolicum deſuper evulgavit. Tertia poſtmodum indicebatur Congregatio, quæ die ſeptima Junii benigne indulſit, ut Officium & Miſſa de communi unius Martyris ſub ritu duplici pro Regno Bohemiæ, & ſub ritu ſemiduplici pro

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Germania, & Provinciis hæreditariis Auſtriacæ Domus celebrari poſſet, quam gratiam Pontifex datis deſuper literis Apoſtolicis die vigeſima ſexta Junii confirmavit, & arbitrio Archiepiſcopi reliquit, qua die Beati Joannis Corpus publicæ venerationi in Ara Pragæ exponeret: Huic ſolemnitati idem Archiepiſcopus diem quartam Julii præfixit, & interim Sacra oſſa in Sacello S. Wenceslai honorifice deponi curavit. Jam die vigeſima ſeptima Junii Eliſabetha Chriſtina Imperatrix ex thermis Carolinis Viennam remeatura Pragam venit, ſequenti autem die Archiepiſcopus ejusque Capitulum Cathedrale Beati Joannis Corpus ad Archivum comitabatur, ubi denuo cum ſumma omnium admiratione integritas linguæ deprehendebatur, mox autem die ſecunda Julii ipſa etiam Imperatrix ad Archivum poſt veſperas proceſſit, ibidemque ſacrum Corpus venerata tamdiu ſubſtitit, donec illud in pretioſam tumbam reponeretur: altera vero die pulſatis omnibus *per urbem* campanis ab Archivo ad Capellam S. Wenceslai iterum translatum eſt. Demum primis ſolemniis glorioſo Martyri exhibendis deſtinata illuxerat dies, qua præſente Auguſtiſſima, Regni Clerus, Regia Curia cum ceteris Dicaſteriis, Uni-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Universitas Pragensis, cum Magistratibus Triurbis comparuit, ac vix non integra Bohema Nobilitas innumerusque populus confluxit, ut prodigium, quod Deus in conservata sacra lingua operatus est, miraretur, sacraque coleret ossa. Hora octava matutina a Sacello S. Wenceslai ad Ecclesiam Cathedralem Supplicationi solemni datur initium: præeunt Sodalitates cum suis labaris, sequuntur utriusque Cleri Sacerdotes sub vexillo sacræ Crucis, tum Magistratus, & quatuor Pragensis Universitatis Facultates, cum suis insignibus, quos excipiunt Cathedralis Ecclesiæ Clerici, totius Archi-Diæcesis Decani & Parochi, Abbates & Præsules Infulis insignes, ac demum Clerico Archiepiscopalem Crucem præferente Ordinarius, qui sacram linguam deportavit: ipsum vero sacrum Corpus humeris imposuerunt sex Canonici Ecclesiæ Metropolitanæ usque ad Præpositi ædes, ubi illud susceperunt sex Regni Præsules, quibus in designata statione sex alii, & his Universitatis Professores, his autem Leutomericensis & Regino-Radecensis Ecclesiarum Canonici, ac demum Curati Pragenses successerunt, donec ad introitum Ecclesiæ Metropolitanæ aulæis pretiosis, imaginibus, & luminibus magnificentissime

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

tissime exornatæ portandi honor ad Canonicos Cathedrales denuo redierit, qui illud ad mensam supra tumulum in Ara majore huic Beato Sacra reposuere. Supplicantium agmen claudebant Archiepiscopi, Cathedrales Canonici, ac Cæsareo-Regii Ministri, fæminæ Nobiles, ac pene innumerus populus: Imperatrix vero ex suo Oratorio in Sacellum S. Wenceslai descendens, sacram linguam, quæ ibidem adhucdum religiose asservatur, cum summo pietatis sensu usque ad tumulum, super quem Beati Joannis ossa in magnifico pegmate reposita fuere, comitabatur. Claudebatur hæc solemnitas hymno Ambrosiano per Archiepiscopum decantato, & Sacrificio Missæ per Litomerienſem Episcopum Deo in honorem Beati Nepomuceni oblato: Continuata est Sacra hæc festivitas incredibili fidelium confluxu ac pietate per octiduum.

§. XXXIX.

Ultrajectenſis Capituli epistola ad Innocentium XIII. Papam.

Vid. supra t. 67. l. 213. §. 30. p. 104. Acta Hist. Eccl. vol, 7. pag. 106.

Adhuc dum fervebat Ultrajectenſium & Harlemenſium Canonicorum oppositio contra Pontificum decreta: Ultrajectenses enim insuperhabitis Papæ monitis, minis ac censura constanter decla-

declarabant, se quidem quinque Jansenii propositiones ex corde detestari, circa controversias tamen inde motas & nec fidem nec Ecclesiæ disciplinam spectantes illam profiteri obedientiam & obsequium, quod juxta tot celeberrimorum Romanæ Ecclesiæ Doctorum sententiam Pontificum decretis desuper editis præstare tenentur: Præter hanc declarationem Curiæ Romanæ minus acceptam iidem Canonici prætenso suo Ecclesiam hanc vacantem administrandi juri pertinacius insistentes, post Coddei Sebasteni Archiepiscopi mortem Cornelium Steenhovium in Vicarium elegerunt, qui etiam propria sua auctoritate Ecclesiæ in Insula Strandia Pastorem, nomine Backhusium instituit: quo facto Canonici controversam suam caussam judicio Virorum a partium studio alienorum commisere. Re etiam ad Universitates Parisinam & Lovanienſem delata, horum Doctores quidam sententiam Canonicis propitiam die vigesima quinta Maij & decima octava Octobris Anno 1717. pronuntiarunt: cum autem Nuntius Apostolicus, ceterique Romanæ Curiæ Ministri non horum, sed Pontificis judicio standum esse opponerent, Ultrajectenses Canonici, quibus nonnulli etiam ex Harlemensi Capitulo accessere,

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Dorsan. Journal t. 2. p. 53.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Anno 1719. a Pontifice ad futurum generale Concilium appellarunt. Nihilominus Hi percepta Innocentii XIII. electione filiale suum obsequium testaturi, literas gratulatorias ad Eundem dedere, quibus se a purissimæ fidei doctrina nunquam recessuros professi, miseram turbatæ suæ Ecclesiæ & Pastore ac Episcopo diu destitutæ conditionem dolenter exponebant, supplices, ut Pontifex paterna sua sollicitudine novi Archiepiscopi electionem urgere dignaretur. Verum Innocentius XIII. cum eos a sua pertinacia, prætensisque juribus nihil remittere cerneret, nullum eis responsum dedit, vel maxime contra eos exacerbatus, eoquod Dominicum Mariam Varlet Missionum exterarum Sacerdotem, tanquam Babyloniæ Episcopum, licet Pontificis interdicto subjectum, in Hollandia recepissent. Hic quidem anno hujus sæculi decimo nono ad hunc Episcopatum nominatus, necnon a Condomiensi Episcopo, & Quebacensi Coadjutore, atque a Claromontano Episcopo inauguratus erat, nullatenus tamen Constitutionem *Unigenitus* recipere voluit, eique ore & calamo acriter se opposuit, quo comperto Clemens Pontifex ad Bentivoglium Nuntium suum Parisios literas dedit, quibus eidem injunctum, ut

ut Varletum ad Missiones progredi non permitteret, nisi hic prius Constitutioni subscripsisset: cum autem Varletus ad Nuntii Palatium accedens, eundem domo exivisse comperiret, mox eo insalutato iter instituit, atque in Hollandiam delatus est, ubi a pluribus Ecclesiasticis Constitutioni pariter refragantibus animatus, Catholicos maximo numero confluentes Sacro oleo delibutos ad Christianæ palestræ certamina corroboravit, quin a Bruxellensi Pontificis Internuntio necessariam petiisset facultatem. Vix autem portu solverat, cum illico Pontifex acerbissimis literis hanc eidem temeritatem exprobrans, plurium Urbium Ecclesiasticis præciperet, ut Varleto significarent, eum Pontificia auctoritate omnium sui ministerii functionum usu esse privatum. Hoc Pontificis mandatum Barnabas Aspahanensis Episcopus sedulo executurus, per Patrem de Schmacké Jesuitam Varleto has literas consignari jussit. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Nos F. Barnabas Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Aspahanensis. Universis & singulis has nostras literas inspecturis notum facimus, quatenus decima quinta Decembris anno ut infra, ad Nos pervenerint Epistolæ S. Congregationis

Sæc. XVIII A. C. 1721.

„de propaganda fide, in quibus de man-
„dato ſummi Pontificis dato ſub die
„ſeptima Maij currentis anni, necnon
„S Congregationis, Nobis committitur
„ſuſpendere ab omni exercitio Ordinis
„& Jurisdictionis illuſtriſſimum D. Do-
„minicum Mariam Varlet Epiſcopum
„electum & conſecratum, & deſtina-
„tum pro Epiſcopatu Babilonenſi, ob
„cauſſas in iisdem inſcriptas: ut patet
„ex his. I. Quia ante e gallia digreſ-
„ſum, iturus ad propriam reſidentiam,
„nullam petiit licentiam ab illuſtriſſimo
„ac R. Nuntio Pontificio Pariſiis com-
„morante, & coram eo non juravit ac-
„ceptare pro ſe & acceptari curare in
„tota ſua Diæceſi Bullam, quæ incipit
„*Unigenitus* ſecundum mandatum ſum-
„mi Pontificis & S. Congregationis ad
„ipſum miſſum die 18. Februarii anni
„ut ſupra. II. Rurſus non cognovit Inter-
„nuntium Pontificium Bruxellis com-
„morantem, nec ab ipſo petiit informa-
„tiones debitas & facultates exercendi
„munera Pontificalia, quæ tamen non
„timuit exercere in Hollandia cum
„ſcandalo Catholicorum. Tenore ergo
„præſentium auctoritate ſummi Pon-
„ficis Clem. XI. & S. Congregationis
„de propaganda fide Nobis commiſſa,
„necnon officii noſtri poteſtate ſuſpen-
„dimus & ſuſpenſum declaramus præ-
„fatum

„fatum illuſtriſſimum D. Domini- Sæc.XVIII.
„cum Mariam Varlet Epiſcopum ab A.C. 1721.
„omni exercitio Ordinis & Jurisdictio-
„nis, in omnibus & ubique, usque
„dum apud ſummum Pontificem & S.
„Congregationem de propriis actis ſe
„juſtificet, & aliter a S.Sede judicetur.
„In Nomine Patris & Filii & Spiritus
„ſancti, Amen. In quorum fidem manu
„noſtra ſubſcripſimus, & ſigillo noſtro
„epiſcopali communivimus. Datum
„Casbini die 17. Decembris An. 1719.

Has ob cauſſas Innocentius XIII. Pontifex ad Ultrajectenſis Capituli literas reſponſum dare renuit; unde hæc Eccleſia per tot annos legitimo Paſtore, atque Epiſcopo orbata diſſidiis inter Clerum & populum auctis fæde proſciſſa ingemuit. Anno autem ſequenti rurſus Canonici ex Capitulo Ultrajectenſi a plurimis annis jam extincto datis literis Pontifici exponebant, ſibi, ſuæque Eccleſiæ Archiepiſcopum præficiendi jus minime dubium competere, ſeque proxime ad novi Archiepiſcopi electionem proceſſuros, proin Ejus electionem paulopoſt a ſua Sanctitate confirmatum iri, ſe nullatenus dubitare: cum autem Pontifex eos rurſus nullo dignaretur reſponſo, hi die vigeſima ſeptima Aprilis anni ſequentis, ſervatis exacte omnibus Eccleſiæ ſta-

tutis

Sæc. XVIII A.C 1721.

tutis Cornelium Steenhovium, qui Vicarii a prætenso hoc Capitulo electi munus hucusque obierat, unanimi suffragio in Archiepiscopum Ultrajectensem elegerunt, suæque electionis acta unacum consueta fidei professione Romam transmisere, Backhusio insuper ultro suum officium dimittente, Christophorum de Hayden subrogarunt. Ceterum hujus quoque Pseudo-Archiepiscopi electio Romæ nulla & irrita declarabatur, prout ad annum hujus sæculi vigesimum quintum referemus.

Interim vero, cum in hisce regionibus nullus esset legitimus Episcopus, proin vix ulli Sacerdotio initiarentur, sensimque Clerus deficeret, hinc Cathedralium Ecclesiarum Capitula Sede vacante literas, ut vocant, dimissoriales concedendi jus sibi vendicabant. Prodiit tum in eorum favorem Zegeri Bernardi Van-Espeni consultatio a Lovanienſi & Parisiensi Facultate juridica, necnon a pluribus Sorbonæ Doctoribus approbata, in qua ejusmodi jus Capitulis asserebat: ægre tamen reperiebantur Episcopi sacræ Sedi pleno obsequio addicti, qui ejusmodi Clericos a Capitulis missos Sacerdotio inaugurari auderent: solus Joannes Episcopus Senecensis, qui sese constanter Constitutioni

tioni oppoſuerat, paucos intra dies duodecim ejusmodi Clericos ſacris initiabatur, ex quibus tamen unus conſcientiæ ſtimulis agitatus, rei geſtæ ſeriem Philippo Thomæ de Alſatia Cardinali de Bouſſu Archiepiſcopo ſuo Mechlinienſi manifeſtavit. Hic ergo apud Aurelianenſem Ducem Regni Gallici Adminiſtratorem queſtus, hunc Epiſcopum promerita pœna plecti petebat: Dux igitur nulla mora Baudryum Urbis Prætorem ad S. Maglorii Seminarium abire juſſit, eique præcepit, nulli induſtriæ, nulli labori parceret, ut a quodam Batavo, qui pariter a præfato Epiſcopo initiatus erat, recepti Ordinis literas teſtes repeteret; hac enim ratione Epiſcopos, qui ejusmodi Sacerdotes crearent, de hoc auſuo convictos exauctorari poſſe credebat. Paret illico Prætor, & Batavum hunc Sacerdotem accerſens, examini ſubjecit, eum interrogans, cur ſe eſſe Sacerdotem diſſimularit? cui hic repoſuit, ſe duntaxat juridice interroganti rationem redditurum, quo accepto reſponſo Baudryus ab eo petiit, ut ſuæ ordinationis teſtimonium ſibi traderet, eo autem obtendente, quod has literas penes ſe non haberet, mox autem illas ad Seminarium quæſitum ire vellet, Prætor militem, qui euntem comitaretur, adjunxit, cui Batavus,

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

vus, cum haud procul a Seminario esset, ingenua libertate exposuit, suæ existimationi non parum derogari, si milite stipatus, denuo Seminarium ingrederetur, si ergo, ut solus ingredi posset, facultatem ei dare vellet, se mox reducem petitas literas delaturum: Miles ergo simulata Viri ingenuitate deceptus annuit, Sacerdos vero absconditis suis literis per ignotam Seminarii portam erupit, aufugit: miles autem diutius expectandi fastidio victus, ipsemet Seminarium ingreditur, sed frustra in Sacerdotem, ejusque literas inquirit: Re comperta Aurelianensis Dux datis literis Cardinalem Archiepiscopum Mechlinienſem rogabat, ut saltem ab eo, qui apud ipsum rem nuper detulerat, recepti Sacerdotii literas testes repetere curaret, eo fine ut Episcopus Senecensis de hac culpa convictus castigari posset. Tandem vero Bruxellensis Papæ Nuntius quosdam Monachos in Hollandiam misit, qui hujus regionis Ecclesiæ Parochiales moderarentur; eos vero Fœderati Ordines inde ejecerunt, sub obtentu, suis legibus esse cautum, quod non Monachi, sed indigenæ divitesque Presbyteri sæculares Parochiis præessent.

§. XL.

Sæc.XVIII.
A. C. 1721.

§. XL.

Innocentii XIII. ſolertia in urgenda Conſtitutionis Unigenitus *obſervantia.*

Paucis ante obitum diebus Clemens XI. Papa ad plenam Gallicanæ Eccleſiæ conciliationem nil opportunius fore cenſebat, niſi I. ut Noaillius Cardinalis epiſtolam haud abſimilem illi, quam Anno 1711. dederat, rurſus ad Sanctitatem ſuam daret, & II. Franciæ Rex Ludovici XIV. literas ad Innocentium XII. circa V. Eccleſiæ Gallicanæ articulos datas executioni dari juberet. De hoc Clementis XI. propoſito Petrus Lafiteau Siſtericenſis Epiſcopus Innocentium XIII. Papam certiorem reddidit, eumque ad premenda Prædeceſſoris ſui veſtigia paratiſſimum expertus eſt: Cardinalis vero Rohanius, qui exeunte Menſe Februario Pariſiis Romam venerat, de proſpero hujus conſilii ſucceſſu dubitare videbatur; noverat enim Noaillium non tam mentis pravitate, quam privatæ in Clementem averſionis vitio hucusque reſtitiſſe, proin eum omne conſilium, quod præfatus Papa propoſuiſſet, absdubio rejecturum, magis igitur ad firmam pacem Eccleſiæ reddendam proficuum fore

Lafiteau Hiſt. Conſt. l. 5. p. 191. Vid. ſupra t. 70. p. 559.

Sæc. XVIII. A. C. 1721. fore censebat Rohanius, si Papa nihil omnino contra Noaillium moliretur, donec Rex e Curatorum tutella excessisset, postea autem neo-electus Pontifex ad Noaillium literas admodum paternas atque officiosas daret, eisque quasdam Constitutionis explicationes insereret, plenamque præteritorum oblivionem polliceretur: quinimo Rohanius jamjam ejusmodi epistolæ typum cum ipsomet Noaillio & Abbate Coveto confecerat: Verum Cardinales, quorum consilium Pontifex hac in re expetebat, de ejusmodi explicationum proposito Eundem abducere, totis viribus adlaborabant, rati, hanc agendi rationem Sedis Apostolicæ auctoritati summopere noxiam fore. Eapropter Pontifex epistolam quidem ad Noaillium, sparsam sale humanitatis & amoris testificatione insignem concepit, eique nullas omnino minas, aut explicationes inseruit, sed duntaxat significavit, se suam mentem Cardinali Rohanio manifestasse, ab eoque percepturum, quid agere ipsum oporteret, ut sacræ Sedi plene satisfactum esset. Re ipsa vero intendebat Pontifex, ut Noaillius Constitutione *pure & simpliciter* recepta, suas a nuperis duabus Apostolicis Constitutionibus interjectas appellationes irritas nullasque declararet, suam-

suamque Instructionem Pastoralem revocaret. Verum Rohanius suæ institit sententiæ, spe fretus, Noaillium hac Pontificis epistola certo certius ad saniora revocandum esse. Sæc.XVIII. A.C. 1721.

§. XLI.

Septem Galliæ Episcoporum epistola ad Innocentium XIII. Papam.

Hæc dum Romæ agebantur, septem Franciæ Episcopi sub specioso summo Pontifici gratulationis officium exsolvendi obtentu epistolam scripsere, in qua tamen potius suam bilem contra Clementem XI. ejusque Constitutionem liberius evomendi occasionem arripuisse videbantur. Erant autem horum Præsulum nomina hæc: Franciscus Maillebot de la Salle, olim Episcopus Tornacensis, Joannes Baptista de Verthamont Episcopus Apamiensis, Joannes Soanen Senecensis Episcopus. Carolus Joachimus Colbert de Croissy Episcopus Montpessulanus, Petrus de Langle Bolonienſis, Carolus de Caylus Episcopus Antissiodorensis, & Michael Cassagnet de Filladet Episcopus Matisconensis. Hi ad SS. D. N. Innocentium XIII. Papam occasione Constitutionis *Unigenitus* Mense Junio perscribunt, atque in suis literis amplissimis

Index lib. Proh. p. 92. Lafiteau l. c. pag. 201. Dorsan. Journal t. 2. pag. 100.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

pro more ſuo verbis filiale obſequium, ingensque gaudium ob fauſtæ ſuæ exaltationis nuntium profitentur; poſtea vero debitæ reverentiæ, & moderationis Epiſcopalis immemores, Pontificiæ Conſtitutionis argumentum & formam indignum in modum proſcindunt, aſſerere haud veriti, quod Ea veritatem, Apoſtolicas traditiones, SS. Patrum dogmata, moralis doctrinæ principia, Eccleſiæ leges, ac demum, quicquid religio ſanctum ſacrumque habet, impugnet: Circa illius formam carpunt, quod Pontifex nequidem convocato Cardinalium conſilio illam promulgarit, nec etiam Noaillium Cardinalem de accuſationibus contra librum ejus approbatione munitum intentatis monuerit, Quesnellum non auditum damnarit, infideles hujus libri verſiones conſuluerit, & ut hunc librum proſcribere poſſet, propoſitiones aut truncatas, aut depravatas expoſuerit, cum tamen præprimis Gallicanæ Eccleſiæ judicium expetere, & quicquid in Bulla obſcurum, explicare debuiſſet. Denique ſuam appellationem innovantes, Conſtitutionem revocari, & Concilium Generale indici poſtulabant. Hujus epiſtolæ, quæ nonniſi mordax ac continuata declamatio contra Clementem Papam erat, hi ſeptem Epiſcopi Menſem

sem Junium appoſuere, perinde acſi mox poſt Innocentii XIII. electionem ad Eundem miſſa fuiſſet, cum autem hæ literæ integro ſemeſtri tardius Romam per Viennenſem poſtam fuiſſent allatæ, Pontifex in longioris hujus moræ cauſſam inveſtigans, comperit, quod præfati Præſules Viennenſis Aulæ patrocinium & Præſulum concurſum, incaſſum tamen emendicarint: Perlecta ergo hac epiſtola, Pontifex, horum Præſulum audaciam indignatus, totam rem Congregationi S. Officii diſcutiendam commiſit, quæ die Octava Januarii anno ſequenti hanc epiſtolam, utpote plures propoſitiones Catholicis & præcipue Gallicis Epiſcopis, Clementis XI. memoriæ, Papæ regnanti, ſacræque Sedi Apoſtolicæ injurioſas continentem proſcripſit. Hoc decretum præſente ac jubente ſummo Pontifice ſolemniter editum, ac publice affixum eſt die vigeſima nona Martii. Haud minore indignationis ſenſu hæc epiſtola in Galliis excipiebatur; nunquam enim atrocius Regis auctoritatem fuiſſe læſam arbitrabatur Abbas Mangujus, qui unacum Abbate du Bois cenſebat hos Epiſcopos aut ad palinodiam eſſe adigendos aut omnino exauctorandos, quocirca in Regio Senatu die ſeptima Decembris deliberatum, an hæc epiſtola

Sæc.XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

atro carbone sit notanda, hanc in rem Regii judices quasdam extraxere propositiones, demum die decima quinta ejusdem Mensis concluſum est, Episcoporum Parisiis agentium conventum esse celebrandum, in quo hæc epistola damnaretur.

§. XLII.

Caroli VI. Imperatoris circumspecta circa Constitutionis observantiam.

Hist. univ. tom. 8. Period. II. s. 1. p. 536.

Enimvero præfati Episcopi datis Viennam literis Clerum, Proceres, populumque in pertinaciæ suæ societatem pertrahere, atque accedentibus Germaniæ Ecclesiis factioni suæ pondus adjicere laborabant; nec prorsus inanis erat eorum spes; quamvis enim Constitutio *Unigenitus* Treviri, Coloniæ Leodii, & Mechliniæ in Belgio solemniter fuisset recepta, non deerant tamen ex Ecclesiasticis nonnulli, qui contradicendi cupidine abstracti, motus concitare incæperant, mox tamen Præsulum auctoritate compressi. Pendebat adhuc apud Curiam Bruxellensem causa Guilielmi de Rooſt Canonici & Plebani Ecclesiæ Metropolitanæ Mechlinienſis, qui apud suum Archiepiscopum Thomam Philippum de Boussu delatus erat quod

quod Bullam *Unigenitus* acceptare recu- Sæc. XVIII.
saret. Hic ergo coram præfato Archiepi- A. C. 1721.
scopo comparere jussus, cum censuram
suspensionis sibi imminere vereretur,
Bruxellensi Curiæ Cæsareæ die tertia
Novembris libellum supplicem obtulit,
in quo rationes, quibus ab acceptanda
& subscribenda Constitutione conscien-
tiæ suæ stimulis absterreretur, exposuit,
caussatus, hanc Constitutionem in nullo
Cæsaris Tribunali fuisse recognitam,
nec regio Placet firmatam, aliunde
a Franciæ Parlamento, Parisiensi Uni-
versitate, & Episcopis quibusdam, Pa-
rochis ac Religiosis nonnisi cum re-
strictionibus fuisse receptam, atque ab
ea utpote Episcoporum auctoritati, Re-
gum juribus & securitati, atque Ec-
clesiæ libertatibns contraria fuisse ap-
pellatum, proin ferventibus adhuc his
dissidiis imprudentissimum fore, si ipse
Cæsaris judicium præveniret, accep-
tando hanc Bullam &c. Verum Se-
natus Archiepiscopi judicium desuper
requisivit, hic vero habito Capitulo a
Plebano petiit, utrum Constitutionem
admitteret, eo autem respondente,
caussam suam esse delatam ad Senatum
Cæsareum Archiepiscopus die quinta
ejusdem Mensis Plebanum, ut ad diem
decimam per seipsum compareat, jussit,
publicatis hisce literis: *Cum Nobis Pro-*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

motor Curiæ noſtræ expoſuerit, conſtan D. Guilielmum van Rooſt, non obſtantibus multifariis, paternis, & amicabilibus admonitionibus eidem factis Bullam Unigenitus *in omnibus Diœceſibus noſtris debita receptam & publicatam acceptare renuiſſe, & ob hoc a Nobis petierit, & de conſilio & aſſenſu R. R. D. D. Deputatorum Capituli noſtri Metrapolitani obtinuerit has literas noſtras citatorias, mandamus, ut citetis perſonaliter peremptorie coram Nobis ad diem Jovis proximam in Palatio noſtro Archiepiſcopali D. Guilielmum &c. ſuper eo, quod præfatam Bullam hucusque acceptare renuiſſet cum gravi Chriſti fidelium ſcandalo & obloquio, & concluſione inde ſumenda aliis latius deducendis, quid videbitur reſponſurus. Interim eundem Van Rooſt proviſionaliter ſuſpendimus a Divinis, ut Paſtoralibus functionibus, donec vel præfatam Bullam acceptaverit, vel reſponſionem perſonali ejus viſa aliter ordinaverimus.* Hanc tamen ſuſpenſionem Lovanii Van Eſpen, & Bauwens Doctores ob non ſervatum ordinem Judicialem, & Plebano nec juridice ante cenſuram citato, & audito eſſe nullam die vigeſima ſexta cenſuerunt, quapropter ſupremæ Curiæ Brabantinæ octo Advocati, Bruxellis die tertia Decembris declararunt, ſe ob horum rationes ejusdem quoque cum eis eſſe opinionis. Quarta etiam die

die ejusdem Menſis quatuor Flandricæ Curiæ Advocati pronuntiarunt, quod Archiepiſcopi cenſura ſit nulla, eoquod adhuc ſaltem dubium ſit, an hic Plebanus deliquerit, ac propterea ab Archiepiſcopo cenſura lata ſit *proviſionaliter, donec* &c. nec ipſe etiam pro recuſante haberi poſſit, eoquod jam tunc Cæſar de hac cauſſa cognoſcere cæpiſſet, Plebani ergo renitentia tantum in Capitulo pro legitima temporiſatione ad explorandam mentem ſui Principis haberi debeat, an & quomodo voluntati ſui Archiepiſcopi parere teneatur, & ſic perplexus, cum ſimul ſpirituali & laicæ poteſtati obedire non potuerit, imprudentiſſime egiſſet, ſi proprio motu ad acceptandam Bullam ſe determinaſſet &c. Idem etiam Judicium contra eundem Archiepiſcopum hi Advocati die vigeſima prima Julii in cauſſa citati & ſuſpenſi P. Hieronymi Zegeri Presbyteri Congr. Oratorii tulerunt. Haud leves adhucdum turbas concitaverat cauſſa Domini Caſparis Joſephi Haggen Facultatis Juridicæ Colonienſis Decani, quem Nuntius Apoſtolicus Buſſyus ob ejusmodi cauſſam Decanatu ſpoliari, ab eoque ſigilla, Annales & claves ad Archivum Facultatis ſub pœna pecuniaria reddi juſſit, atque ad excommunicationem progreſſus eſt, quæ tamen

Sæc.XVIII. A.C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

mèn Nuntii decreta Josephus Imperator abolevit, & Doctoribus injunxit sub gravi pœna, ut acta omnia coram Nuntio producta repetant, & unacum Decretis hujus causſæ inde emanatis retractari faciant. Postquam vero Elector Colonienſis tum Leodienſis Epiſcopus in ſuo Conſiſtorio, cui præerat celeberrimus Doctor Le Droux Clericos, qui Conſtitutionem acceptare renuebant, cenſuris perſtringeret, Hoſſreumontius Parochus Graſſanus queſtum Viennam ibat, & a Conſilio Aulico extorquebat votum, vi cujus Imperator rogabatur, ut edito diplomate in Imperio, & Belgio prohiberet, ne Conſtitutio *Unigenitus* tanquam lex Eccleſiæ obſervaretur, ac ne ullus propter eam ibidem vexaretur. Menſe Auguſto Imperator falſa invecti Inquiſitionis tribunalis accuſatione deceptus annuit, decretumque his verbis condidit: *Publicari reſolutio Cæſarea, & approbat votum Conſilii Aulici: fiat expeditio.* Tandem vero die nona Septembris reſcriptum Cæſareum ad Electorem Colonienſem directum eſt, in quo Imperator ab ipſomet Electore percipere voluit, quam ob cauſſam in Leodienſi ſua Diœceſi circa Bullam *Unigenitus* Inquiſitionis Tribunal erexerit, & ſuis Eccleſiaſticis inhibuerit, ne apud Cæſarem jus ſuum pro-

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

prosequerentur, & quoniam Elector respondisset, quod ejusmodi tribunal non erexerit, sed duntaxat tribunal *correctionis* Præside suo Vicario Generali Domino Le Droux, & cum caussæ ibidem agitandæ mere essent Ecclesiasticæ, eas ad sæcularem Curiam esse deferendas haud crediderit; Imperator Electorem rogabat, ut sublatis censuris per suum Vicarium pronuntiatis intra bimestre, quæ inde fuissent secuta, rescriberet. Attamen ex ipsis turbis Imperator hoc malum facile latius extendi posse veritus, ut non modo remotas, sed vicinas quoque suas a Gallici schismatis propagandi periculo immunes servaret, summopere sollicitus erat, quamvis enim Viennæ hæc Constitutio, perinde acsi nunquam exstitisset, respiceretur, nullaque desuper controversia agitaretur, eoquod omnes, quin de illius argumento solliciti essent, sincere eam receperint, exceptis pauciissimis, qui de ea, ne sibi negotium facessant, satis caute loquebantur, nihilominus consueto contagionis vitio, quæ etiam remotas non nunquam Provincias inficere solet, indies magis disputandi, cavillandique ardor invalescere cæperat: Quapropter Imperator tranquillitatem publicam, fideique puritatem in suis ditionibus conservare intentus, prohi-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

buit, ne ejus ſubditi ſeſe ejusmodi controverſiis ingererent, ſed Eccleſiarum Rectores eis nonniſi doctrinam a Majoribus receptam proponerent. Inſuper ſuo in Curia Romana Oratori Michaeli Friderico Cardinali de Althan in mandatis dedit, ut neo-electo Pontifici Innocentio XIII. declararet, Cæſarem non ſine magno ſui mærore percepiſſe, in Colonienſi, Trevirenſi, Leodienſi, Mechlinienſi aliisque cum vicinis Diœceſibus quosdam Eccleſiaſticos Judices a nonnullis improvidis ac indiſcreto Religionis Zelo abreptis eo induci, ut per inſolitam, immaturam, rigidamque Inquiſitionis viam incedentes, ante omnia ex moribundis, aut pro Sacro Pœnitentiæ tribunali ſeſe ſiſtentibus, tam Viris quam mulieribus, doctis ac rudibus ſciſcitentur, quid de Conſtitutione Clementis XI. ſentiant? eos vero, qui ſe hujus decreti ignaros profiterentur, ſine abſolutione Sacramentali etiam in mortis articulo dimittant: inde veri averſionem, odiumque in Eccleſiaſticos, & piorum offenſionem oriri, perverſos autem in ſua malitia obdurescere: Imperatorem igitur, utpote ſupremum Imperii Caput, totiusque ac præcipue Germanicæ Eccleſiæ Advocatum ac Protectorem haud ultro tole-

, tolerare posse, ut latius indies serpens Sæc. XVIII.
, hoc malum majores ageret radices, A. C. 1721.
„eapropter illum suo Oratori præcepisse,
„ut Sanctitati suæ præcipue in præsenti
„rerum vicissitudine toto rationum pon-
„dere ob oculos poneret, periculosum,
„ac nullatenus consuetum esse, ut præ-
„fati Archipræsules atque Episcopi in
„promulganda & urgenda præfatæ Con-
„stitutionis observantia tam asperis me-
„diis hucusque arreptis in ea tempo-
„rum iniquitate, ubi aliunde tam cre-
„bra religionum diffidia fervent, uti
„pergerent. Certum insuper esse, quod
„Sedis Apostolicæ auctoritas in sacro
„Romano Imperio illæsa semper per-
„mansura sit, si præfatis Ecclesiasticis
„immaturo nimis Zelo inflammatis
„Pontificis auctoritate hac in re debiti
„limites nulla mora præscribantur, ru-
„disque ac inexpertus populus, qui
„aliunde Ecclesiæ Catholicæ præceptis
„promptissimo animo obtemperat, in
„conscientiæ tranquillitate dies suos
„transigere permittatur: hac via non
„modo Imperii Status sed etiam hære-
„ditarias Austriacæ Domus Provincias
„deinceps in Christiana pace conservari
„posse; ad id vero Cæsaream suam Ma-
„jestatem ex Imperialis officii debito,
„Imperii Constitutionibus, ac pietate
„& affectu erga Christiano-Catholicam
„Eccle-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Eccleſiam obſtringi, ſecus Cæſaream „ſuam Majeſtatem compulſum iri, ut „pro ſua auctoritate ſibi tanquam Im„peratori ac Domino territoriali com„petente remedium opponeret.„ Hæc Cæſaris declaratio ſuo haud caruit effectu; fervor enim intempeſtivus ejusmodi Præſulum ad debitæ moderationis limites tam feliciter reſtringebatur, ut exortæ contentiones in ſuo ferme ortu ſuffocarentur, & nihilominus pertinaces debitis mulctarentur pœnis, ac propterea Gerardo Nandrin Vicarius Leodienſis Parochiam Cuilletanam, ad quam jam anno priori nominatus erat, conferre denegabat, etſi rurſus ad Cæſarem appellaſſet.

§. XLIII.

Summi Pontificis reſponſum ad hanc Cæſaris declarationem.

Dorſann. l. c. p. 111. & 143.

Altum quidem de iis, quæ Cardinalis de Althan Cæſaris nomine ſummo Pontifici expoſuerat, tenebatur ſilentium; poſtquam vero hujus negotii notitia tam in Galliis, quam alibi publica fuerat facta, Aulæ Cæſareæ Miniſtri indignatione commoti Abbatem, qui Leodienſis Epiſcopi cauſſas Viennæ procurabat, adeſſe juſſerunt, ex eo ſciſcitati, qua via & a quo rei Althanæ demar-

demandatæ notitiam habuerit, cumque hunc rumorem ex Flandria Parisios usque fuisse propagatum innoteſceret, etiam Erneſtus Abbas, & Canonici Regulares ſanctæ Genovefæ deſuper interrogabantur, Grimaldus quoque Pontificius Viennæ Nuntius hanc in rem inquirere jubebatur, qui a Cardinalibus Biſſyo & Du Bois edoctus erat, quod Imperator quidem acerbioribus vexationibus & turbis ob Conſtitutionem concitatis finem imponi, pacemque in ſuis Provinciis reſtitui velit, a malevolis tamen & Conſtitutioni refragantibus deceptus in Belgio Inquiſitionis tribunal fuiſſe erectum crediderit, detecta autem hac calumnia ſeſe ultra huic negotio non ingeſſerit, nec amplius de hac Conſtitutione motus aut controverſias agitari voluerit: Paulopoſt Althanius Cardinalis reſponſum, quod Pontifex ad Cæſaris petita dederat, Viennam transmiſit octo hiſce articulis comprehenſum. Sæc. XVIII. A C. 1721.

I. Eccleſia Gallicana prætendit facere cauſſam communem, etſi Dominus Cardinalis poſſit cum ea convenire.

II. Dominus Cardinalis Mechlinienſis negat, quod aliquid contra authoritatem fecerit, aut ſuos ſubditos moleſtarit ratione Conſtitutionis, ac

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

si quid sit ad onus suum, prætendit respondere in Curia Romana.

III. Curia Romana negat Imperatori competere potestatem rectoriam.

IV. Ecclesia Gallicana dicit: Imperatorem debere compellere Papam, ad explicandam constitutionem.

V. Dominus Elector Colonienſis dicit ea quæ fecit, se fecisse ex Mandato Pontificio, & quod causſa sit Ecclesiastica, in qua Imperator non possit ordinare & decidere.

VI. Dominus Cardinalis Mechlinienſis multum dicit contra Universitatem Lovanienſem circa Janſenismum, & quod illa universitas sit fons & origo oppositionum, quæ in Imperio fiunt.

VII. Curia Romana dicit, quod Ecclesiastici Leodienſes sint turbatores pacis, quod sententias damnatas defenderint, & eas docuerint in Cathedra, quod male loquentes de autoritate Pontificis & Constitutionis.

VIII. Curia Romana spondet, si Imperator manum retrahat ab hac causſa, & omnes querulantes ad eam remittat, se velle Justitiam pro pace & tranquilitate publica administrare.

Nec huic responso optatus defuit succeſſus; postquam enim præfati Hoffremontii causſa exactius fuerat Leodii discussa, Episcopale Concilium, quod

Conſe-

Consistorium appellant, hanc contra eum sententiam anno sequenti die secunda Februarii pronuntiavit. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Hoffreumont & Consortes contra „Consistorium Leodiense in puncto *Con-„stitutionis Unigenitus*. Publicatur Re-„solutio Cæsarea, qua votum Consilii „Imperialis Aulici ratificetur unacum „concluso, quod est tenoris sequentis:

„Appellationis processibus, & reli-„quis Appellantium petitis non est lo-„cus, sed remittantur jam dicti Appel-„lantes ad D. Episcopum Leodiensem, „ut debitam eidem obedientiam præ-„stent. Et hæc notificentur D. Electori „Colonienſi, qua Episcopo Leodiensi, „addendo, quod sufficienter nunc ap-„pareat contrarium eorum, quæ Ap-„pellantes tam in puncto erectionis novi „tribunalis (Inquisitionis) quam de „metu periculosorum in Germania mo-„tuum sub & obreptitie adduxerunt.„

Quinimo ipsemet Imperator die vigesima sexta Maij Anno 1723. datis ad Gandavensem Episcopum literis declarabat, *quod Constitutio* Unigenitus *in ejus ditionibus sit recepta*, & quod *in ejus publicatione Anno* 1714. *facta omnes solemnitates consuetæ & a summis Pontificibus præscriptæ fuerint observatæ, proin laudata publicatio vigeat, plenumque ac integrum sortiatur effectum, omnesque illi, qui*

Sæc. XVIII. A. C. 1721. *qui se palam eidem & cum scandalo opponere præsumpserint, juxta legum rigorem & patriæ consuetudinem sint castigandi &c.*

§. XLIV.

Novi tumultus a quibusdam Parisiensis Facultatis Theologicæ Doctoribus concitati.

Vid. supra t. 70. § 15. pag. 104. & pag. 215 Dorsan. Journal t. . pag. 67.

Jam supra meminimus, quod Refractarii Sorbonæ Doctores suorum numero tumidi doctrinam de infallibilitate Pontificis erroneam esse declararint, ac viginti duos Doctores hanc temeritatem eis exprobrantes e suo gremio excluserint. Rei hujus indignitas summopere commovit Philippum Aurelianensem Ducem Regni Moderatorem, qui etiam a Rohanio Cardinale, aliisque Episcopis impense sollicitatus die nona Januarii ad Parisinæ & Nanetensis Facultatis Syndicum literas Regio sigillo munitas misit, quibus injunctum, ut proscripti hi Doctores nulla mora denuo reciperentur. Paruit quidem Facultas Nanetensis, ut tamen suo honori consuleret, Regias literas adjecta hac limitatione tabulis inseruit: *Sacra Facultas cum veneratione Epistolam signo Regio obsignatam recepit & in commentariis scribi jussit, ut, quod par est, debitum Regi obsequium præstet, salvo*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

salvo tamen jure reparationis a dictis Doctoribus exigendæ, ob illatam fidei & honori Facultatis injuriam contra tenorem diplomatum Regiorum, quibus cautum fuit, ne utraque pars se criminationibus lacesseret, confidens, id æquissimo Principi non improbatum iri. Minus ad parendum intenti erant Parisienses; quamvis enim Jolinus Facultatis Syndicus die prima Februarii Regias literas in pleno ducentorum quinquaginta Doctorum conssessu prælegi curasset, nihilominus adhucdum deliberatum, qua ratione Regis voluntati satisfacere possent, quin tamen decretis a se contra Papam, ejusque Constitutionem &c. editis derogarent. Hanc in rem Bourdegalius Soissyensis Parochus ceteris prior edixit, parendum quidem esse Regis mandato, cum tamen multa inter se concilianda hac in re occurrant, nominandos esse Deputatos, qui sedulo discuterent, quæ salvo Facultatis honore fieri possent. His vix prolatis, quatuor olim expulsi Doctores Medericus Charton senior Facultatis Decanus, Dumas, Chenu, & Hullierus sancti Ludovici Parochus ultro Aulam ingrediuntur, atque ex iis Medericus Decani locum occupat. Oritur tumultus, incondito clamore perturbantur omnia, & Syndicus hos Doctores Aula exire jubet, eoquod per

Sæc. XVIII. A. C. 1721. Regias literas deliberandi libertas non eſſet adempta: His loco cedere renuentibus ſolvuntur comitia: contra eos querela defertur ad Regni Regentem, qui excluſos Doctores in ædibus Doctoris Le Moins expectare juſſit, donec Regiæ literæ denuo fuiſſent prælectæ. Interim Coffinus Univerſitatis Pariſinæ Rector cum ſuis, pro more candelam benedictam die ſecunda Februarii ad Regem deferebat, cui tamen Rex tam ſuppreſſa voce reſpondit, ut nihil omnino percipi potuerit, Villaregius tamen Mareſcallus maxima vocis contentione: *Audite*, inquit, *Rex Univerſitatem ſuo dignabitur patrocinio, ſi deinceps ejus juſſis magis, quam hucusque, morigeri eritis;* Rectore promptum ſpondente obſequium, Rex literis ad Syndicum datis præcepit, ut Facultas die octava Februarii comitia haberet, cunctosque Doctores ac inique excluſos rurſus ad gremium ſuum reciperet. Præſtituta igitur die Syndicus Regium diploma prælegi juſſit, cunctos hortatus, ut ſine ulla deliberatione Regis mandata plene obtemperarent. Adhucdum tamen pauci tergiverſantur, & Facultatis decreta contra Conſtitutionem edita confirmari, imo & data occaſione appellationem innovari petunt. Prævalente tamen ceterorum numero excluſi

cluſi Doctores recipiebantur, quibus omnibus ſua loca repetentibus, Medericus Senior exclamabat, dicens: *Pax Chriſti, quæ exſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda noſtra & intelligentias noſtras:* Suggerebant duo Doctores, Durieuſius & Parochus ad S. Jacobum, neceſſe eſſe, ut excluſi Doctores Facultatis decreta palam confirmarent, ne ſilentium hoc pro tacita Conſtitutionis acceptatione, vel appellationis revocatione haberetur: verum his ſeſe oppoſuit Tournelius, ita differens: vel hæc decreta reſpiciunt excluſorum Doctorum geſta, & hæc ex Regis mandato æterna oblivione ſepelienda, vel concernunt doctrinam, ejusmodi autem decretis conſentire, iniquum eſſe. Loquentem Tournelium intercepit tumultuantium Doctorum pene hoſtilis vociferatio, his omnia Facultatis decreta illis appellationem eſſe innovandam exclamantibus: Hæc Doctorum procacitas tantopere Regem offendit, ut Sacellenſem & Calatenſem Parochos, Rollinum, Abbatem Asfeldium, Chaſſaignium, Taburinum, Begonum, Fabrum, P. Gaffarellum P. Boyerum, P. Viexnaſium & Fuillonum in exilium amandaret, & quinque aliis Sorbonæ Doctoribus Facultatis comitia accedere prohiberet.

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XLV.

Regis indignatio contra Refractarios Sorbonæ Doctores.

Nequidem alieno periculo ac pœna sapere didicerant Parisienses Facultatis Doctores; postquam enim Montpessulanus, Senecensis & Bolognensis Episcopi sua responsa ad Regii Senatus decretum contra eorum appellationes editum Regi offerre præsumpserant, horum exemplo animati non pauci utriusque Cleri Sacerdotes suas innovabant appellationes: Die autem postrema Februarii Cardinalis du Bois Jobenum Facultatis Syndicum accersiri jussit, qui tamen comparere renuit, veritus, ne Regis literas die trigesima Januarii contra Facultatem datas acta referre juberetur. Idem vero Syndicus in plenis Sorbonæ comitiis die prima Aprilis Facultatis Theologicæ Doctores, ut solemnes exequias pro defuncto Pontifice celebrari curarent, hortatus, his verbis eos allocutus est:

„Omnibus nostrum perspectum est, „Beatissimum Patrem subitanea vis „non morte decessisse: Adversa quidem „dem diu premebatur valetudine, pau„cis tamen abhinc mensibus vires sum„non sine longioris vitæ spe recuperasse.

„Vide-

„videbatur: Si autem æquitas poſtu- Sæc. XVIII.
„lat, ut omnes fideles pro Succeſſore A. C. 1721.
„D. Petri tam vivente, quam mortuo
„ſuas ad Deum preces fundant,
„Vos, qui affectu erga S. Sedem nulli
„inferiores eſtis, fortiori jure pium
„obſequium Clementi XI. per publi-
„cas & privatas preces exſolvere
„obſtricti eritis. Parentate ergo huic
„Pontifici funebri pompa, indictisque
„precibus, quibus tantum fervorem &
„ſolemnitatem adjungatis, ut obſtruan-
„tur eorum ora, qui vos criminari auſi
„ſunt, perinde acſi a Reverentia ſacræ
„Sedi debita defeciſſetis, dum fides ſum-
„mo diſcrimini expoſita Vos compulit,
„ad Eccleſiæ Tribunal fugere, ejusque
„auctoritatem implorare, illiusque de-
„ciſionem *etiamnum* depoſcere. Ex ſi-
„niſtra hac opinione contra Vos temere
„concepta velut ex fæcunda ſcaturi-
„gine profluxerunt tot decreta, tot
„Curiæ Romanæ comminationes, in
„quibus non illa elucet clementia, quæ
„a Sanctiſſimo Patre expectari potuiſ-
„ſet. Horum quoque indignitas Vos
„impellere debet, ut majori adhuc fer-
„vore pro Clementis XI. anima ad
„Deum, vivorum & mortuorum Domi-
„num veſtra ingeminetis ſuſpiria, quæ
„adeo publica & ſonora ſint, ut uni-
„verſus Orbis, ſi fieri poſſet, agnoſcat,

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Vos ita veritatem ubivis propugnare, „ut charitas vestra etiam erga eos, „qui vos indigne habent, non mi„nuatur.

„Novi insuper Pontificis electio im„pense vestras preces exigit, invocate „ergo Spiritum sanctum, ut Cardinali„bus in ejus nomine congregatis in„spiret, quatenus ejusmodi eligant Pon„tificem, qui Ecclesiæ malis, quibus „premitur, remedium opponere, & „majora, quæ timemus, mala sua au„ctoritate prævertere valeat, Pontifi„cem, qui in illis Canonibus & Ecclesiæ „legibus, a quibus nunquam deviastis, „nec unquam deviaturi estis, versatus, „earum observantiam urgeat, Pontifi„cem, qui vestram constantiam in „tuenda veritate comprobatam magni „habere noverit, & ipsus hanc vestram „firmitatem suæ auctoritati adeo non „contrariam existimaverit, ut etiam „eam protegat, & approbet, persuasus „quod ea duntaxat ad fidei, Religionis „imo & legitimæ auctoritatis Pontifi„ciæ conservationem collimet; talem „denique Pontificem, qui vestra com„pleat desideria, & viam a Christo Do„mino stabilitam ingressus fidei ac mo„rum integritatem conservet, quam „Ecclesia per cuncta retro sæcula con„stanter est secuta, & Pontificum Ro„mano-

„manorum celeberrimi cum ardore Sæc. XVIII.
„quæsierunt, cum Zelo promoverunt, A.C. 1721.
„& feliciter ad metam perduxerunt
„&c.„

Postquam die tertia Aprilis Facultas pro defuncto Pontifice solemnes haberi exequias decreverat, hanc Syndici orationem, quæ renovatæ appellationis speciem, & decretorum Constitutioni adversantium confirmationem præseferebat, magno opponentium applausu exceptam ad tabulas referri statuit. Verum ultima ejusdem Mensis die Syndico a Rege inhibitum, ne sermonem suum tabulis inserere auderet, ipse vero in comitiis die prima Maij habitis de hoc interdicto nullam omnino mentionem fecit, & vehementer desuper querente Hulliero Doctore, Syndicus respondit, sui muneris esse de literis Regiis duntaxat ad Facultatem, non autem ad se directis rationem reddere, similes quoque literas recepisse Decanum, has ergo ipse prælegi curaret: Ergo deliberatum, utrum Decanus & Syndicus ad exhibendas hasce literas adstringendi essent, variis varia opinantibus Rollinus tres aut quatuor propositiones ex binis Suessionensis Episcopi epistolis ad Bononensem Episcopum scriptis extractas denuntiabat; verum post factam desuper Facultatis delibe-

Sæc. XVIII A. C. 1721

rationem die decima tertia Maij Rol- lino traditæ fuerunt Regis literæ, qui- bus Tutelam exulare juſſus eſt: Atta- men ipſemet Cardinalis Noaillius apud Regni Regentem acriter declamabat adverſus præfatas haſce Sueſſionenſis epiſtolas, eoquod Appellantes indignum in modum inſectatus, eos tanquam ab Eccleſia ſegregatos haberet, & ipſius Noaillii Cardinalis inſtructionem impug- nans, multa paci ac veritati contraria divulgaſſet, omnesque ſuæ Diæceſis Clericos adegiſſet, ut ſequenti formulæ ſubſcriberent: *Nos infra ſcripti corde & animo nos Conſtitutioni* Unigenitus *ſub- mittimus, librum reflexionum & CI. Pro- poſitiones inde extractas prout cenſuratæ ſunt, damnamus, & in adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ nos Conſtitutioni præfatæ conformaturos promittimus, & appellationem ei interjectam pro ſchismatica Appellantes vero pro ſchismaticis habemus & tanquam hæreticos fugimus eos, qui for- mulæ ſubſcribere, & Bullam:* Vineam Domini &c. *recipere renuunt.* Aurelia- nenſis igitur Dux, ut Cardinalem pla- caret, Sueſſionenſem has epiſtolas in- conſulto divulgaſſe, ſe tamen totam rem regio Senatui commiſſurum reſpon- dit, mox ergo Syndico literas Regis ſigillo munitas transmiſit: Hic vero in comitiis ſe excuſabat, quod nuper re- gia

gias literas non exhibuiſſet, nec ſuum ſermonem actis inſeruiſſet; id enim ideo factum ajebat, eoquod Rex id prohibuiſſet, nec Sanior Doctorum pars hanc orationem inſeri poſtulaſſet, de cetero autem ſibi eſſe injunctum, ut Facultatem moneret, quatenus deinceps a tumultu abſtineretur, & ſi qui extra ordinem ſuas ſententias proferre auſuri eſſent, eis ſilentium imponere, imo & e conventu illos ejicere compelleretur: poſtea prælegit tres illas Regis literas, in quarum prima Rex Quinotum Doctorem omnibus ſuis functionibus privavit, in altera quatuor refractarios Doctores ad nullum Facultatis conventum admitti juſſit, in tertia vehementer queſtus eſt, quod quidam Doctores circa cauſſas, de quibus agi, die quarta Auguſti inhibuiſſet, deliberare, ac inſuper Sueſſionenſis Epiſcopi epiſtolas denuntiare præſumpſiſſent, quapropter Facultati præcepit Rex, ut nullam hujus denuntiationis rationem haberet, ſed exactum ſilentium circa controverſias ob Conſtitutionem motas juxta Regiam declarationem ſervaret: denique cunctis Doctoribus inhibuit, ne quicquam in comitiis proponerent, niſi id prius Decano & Syndico communicaſſent, hi vero, quæ proponerentur, Franciæ Cancel-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

lario referrent, si res gravioris momenti forent, aut libertates Ecclesiæ Gallicanæ concernerent.

Prælectis hisce tribus Regiis literis Syndicus ad præsentem Doctorum consessum hanc habuit orationem.

„Custodivi vias meas, posui ori meo „custodiam, obmutui & silui a bonis & „dolor meus renovatus est. Expecta„bam pacem, & ecce turbatio. Audistis „quid ferat Regis epistola. Nihil sane „contra conscientiam vestram expectat „a vobis Princeps christianissimus: *Red„dite* ergo *quæ sunt cæsaris cæsari, & quæ „sunt Dei Deo.*

„Sedetis vos in loco majorum, qui „Regibus, supremis Magistratibus, sum„mis etiam Pontificibus, de rebus fec „ad integritatem fidei, seu ad imperi „tranquilitatem spectantibus, plaudente „toto orbe Christiano toties consulti re„sponderunt, qui pro avita doctrina quam „sæculis illibatam servat sacer Ordo „fredentibus æmulis, ad posteros trans„mittendam incolumem, in concilio „tam strenue decertarunt, qui concu„liis ipsis generalibus, absque invidia „aliquando præluserunt.„

„Memores solemnis illius sacramenti „ad Aras Martyrum in ipso veltra „augurationis die a vobis præstiti: quo „usque ad effusionem sanguinis veritas „tu

„tis defenſioni conſecrati eſtis: Agite „ne veritas, quæ orta de cælo, pere- „grina eſt in terris, vobis tacentibus „ignorata damnetur. Recogitate, quam „conſtanter Eleazarus Vir ætate Ve- „nerabilis, de primoribus ſcribarum, „reſponderit olim amicis, iniqua mi- „ſeratione ſuadentibus, ut per diſſimu- „lationem, vitæ ſuæ conſuleret. *Non ætati noſtræ dignum eſt fingere, ut multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi per meam diſſimulationem decipiantur.* Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Et ne quid ſpectabilem invictæ fi- „dei & conſcientiæ veſtræ gloriam e- „vacuet, nihil ſubdolum, nihil ambi- „guum, nihil trepidum agite, contenti „libertatis veſtræ profeſſione, *ſecure in „Chriſto ſtantes* (verbis utar S. Doctoris „Hilarii) *per aſſenſum ſubdolæ diſſimulationis in injuſti judicii reatum nolite vos aggregare.* Salva tamen, quam conſtan- „ter docet & ſemper profeſſa eſt ſacra „Facultas, quæ Regi debetur, Reve- „rentia.„

„Poſtulo igitur, ut obtemperetur „Regi, in omnibus, in quibus ſalva con- „ſcientia, poteſt obtemperare ſacra fa- „cultas, verbisque expreſſis, & apertis „profiteatur ſtare ſe omnibus ſuis „actis

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„actis, & concluſionibus, nec poſſe ab „illis, tuta conſcientia, recedere.„

„Ac ne quaſi ſuſpenſum videatur „erga Regem obſequium, quod prom„ptum & alacre conteſtari deſiderant „omnes & ſinguli Magiſtri, ad quos di„riguntur Regiæ Epiſtolæ, miſſis aliis „negotiis, de his tantum modo agatur.„

„Videte quot & quanti a vobis exu„lant Magiſtri, quorum alii a veſtris „arcentur comitiis, alii quorum ſors „invidenda magis quam lugenda, quippe „qui propter juſtitiam patiuntur, ja„cent extores in diverſis Provinciis, „ſine ope, ſine libris, ſine literatis ho„minibus & cordatis, quidam etiam „ſine ſacramentis, ſed nec franguntur „adverſis, nec calamitatibus obruuntur, „teſtimonio conſcientiæ freti, habentes „ſolatio ſcripturas, quas memoriter te„nent, & ex Apoſtolo memores, quod „qui judicat, Dominus eſt.

„At bonorum omnium animos hoc „unum angit vehementius ac crudelius „dilacerat, quod in perniciem ſacri Ordi„nis conſpirare videant pravos homi„nes, quos inter plures e Fratribus in „ſacra Facultate enutritos & exaltatos, „occupare Aulas Principum, probis „omnibus ſtruere inſidias, ipſumque „Regis optimi malis artibus circum„venire animum. Gemunt cum vident „auro

„auro charitatis obscurato, dispersos la-
„pides sanctuarii veritatis, timentque
„ne destructo imperii ac Religionis pro-
„pugnaculo, Christianissimo huic con-
„tingat Imperio, quod Regnis pluribus
„dolentes contigisse meminimus, quod-
„que Christus ipse his verbis commi-
„natus est: Auferetur a vobis Regnum
„Dei, & dabitur genti facienti fructus
„ejus.„

„Nominate ergo, Sapientissimi Pa-
„tres, Deputatos, qui Regem ipsum
„nomine vestro adeant, ad ejus pedes
„venerabundi provolvant sese, sensus
„vestros cum omni Reverentia expo-
„nant, ejusque justitiam & Misericor-
„diam implorent.„

Adversus hanc Syndici orationem insurgebat Tournelius, præcipue hæc carpens verba: *exules patiuntur propter justitiam*, inde enim inferebat: *si patiuntur propter justitiam, patiuntur injuste a Rege, ergo Rex injustus est*, denique omnibus in Syndici favorem perorantibus, ipse reposuit. Video, *video adversantes Regi, pœnitebit illos & lugebunt.* Enim vero Rex, cum hanc orationem reverentiæ sibi debitæ adversari reputaret, Mederico Decano traditis literis significabat, velle se, ut Jolino Syndici dignitate spoliato Romignius succederet, amotus vero nullo Doctoratus

sui

Sæc. XVIII. A. C. 1721. sui officio fungeretur, & Regiæ literæ sine omni prævia Facultatis deliberatione actis insererentur; Romignius igitur congregatos Doctores hortabatur, ut cuncta dissensionum Zizania inter ipsos succrescentia eradicarent; se enim ad reddendam pacem nil prætermissurum: Verum Quesneus Doctorum antiquior opposuit, præprimis ad Regem quosdam esse deputandos, qui Eidem calamitosum Facultatis statum exponerent, simulque illimitatam obedientiam in iis omnibus, quæ nec religionem, nec conscientiam respiciunt, profiterentur, ac demum siniſtras opiniones contra Jolinum Syndicum instillatas ex Regis animo eliminare satagerent: Quamvis potiori parti hoc consilium arrideret, Syndicus tamen his verbis concluſit: *ſententia de adeundo Rege non eſt reponenda in Concluſione, quia non fuit propoſita a Domino Syndico, quamquam hæc ſententia vincat numero.* Cum vero refractarii Doctores Romignium Syndicum appellantium factioni adversari nossent, excogitatis variis, iisque frivolis criminationibus eum officio suo movere adlaborabant, hunc-que in finem quosdam Doctores ad Regem ablegare decernebant, his verbis: *vota ſacræ Facultatis ſunt, adeundi Regem, ut apud Regiam Majeſtatem ſumma humil-*

humillimæ ſupplicationes circa res præſentes: interim vero ex literis, in quibus Romignius vocabatur *Syndicus*, hoc officii nomen delebant, ſubrogato nomine: *Pro-Syndicus.* Attamen Rex, cum hos Doctores nonniſi novas itidem turbas concitare intentos eſſe, noſſet, Facultati inhibuit, ne comitia ſua vel prima Auguſti, vel alia deinceps die ſine Regis conſenſu haberent, novi autem Syndici munere nonniſi usque ad primam Octobris diem prorogato, die decima octava Auguſti alium eligerent: Nominabat autem Rex ipſum Romignium, Robbeum, Robuſtelum & Rueum, necnon ad Noaillii Cardinalis ſollicitationem Paſtellum. Hic poſterior quamvis a Conſtitutione appellaſſet, inita autem Epiſcoporum conciliatione univerſam pene Franciam peragravit, ut ceteros Præſules Appellantes ad ſubmiſſionem induceret, ac propterea labem contractam eluiſſe credebatur. Igitur Facultas die decima ſeptima Auguſti ſequentem promulgavit concluſionem: *Habebuntur ita jubente Rege comitia generalia ſacræ Facultatis &c. die lunæ decima octava Auguſti &c. de mandato Venerandi DD. Decani.* Eadem die cum Abbas Tamiſierus pro Paſtello peroraret, atque inter alia diceret, appellationem a Noaillio non haberi pro

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

pro crimine, Maffeius Pontificis Nuntius ira excandefcens oppofuit, videri omnino, Noaillium femper effe fibi fimilem, appellationem utique enorme effe crimen, conftare tandem, Noaillium fraude, dolofis artibus, & malitia intumefcere, & cauteriatum cor moribus exterius piis ac moderatis contegere, eoque duntaxat fine literas gratulatorias ad Papam miffe, ut illum irretiret: nec tamen refponfum fibi polliceretur, donec fuam revocaffet appellationem, illum enim omnium malorum, quæ Eccleſiam exagitaſſent, cauffam exftitiffe, ſique ipſum mori contingeret, pacem Eccleſiæ non rediturum &c. Nec vana erat Nuntii declamatio; opitulante enim pio Senecione Fleurio Forojulienſi Epiſcopo, tantum effecit, ut nec Paſtellus, nec alius ex appellantibus in Syndicum eligeretur, contra ipſum vehementer declamante ipſo Conſilio Eccleſiaſtico. Eapropter Rex ad Facultatem reſcripſit, velle ſe, ut illa a Syndici electione abſtineret, &, donec aliter decretum fuerit, Romignius Syndici munere fungeretur; ſibi enim probe notum eſſe, quod quidam turbidi ingenii homines ſepoſito omni pudore oblocuti, libellos etiam ſine Authoris ac typographi nomine paci in ejusmodi conventibus adeo neceſſe-

necessariæ contrarios divulgarint, ejusmodi autem ausibus obicem ponere, & ante Syndici electionem in hosce inquietos inquirere, ac via juris procedere, suam Majestatem necessarium fore duxisse &c. Insuper Rex die prima Novembris datis literis Facultati declaravit, nullam omnino esse nominationem Deputatorum, & cuncta reliqua, quæ contra Majestatis suæ jussa attentassent, irrita fore. Eapropter decrevere Doctores, nullos ad Regem esse Deputandos; cum autem prima Decembris die in comitiis novos concitarent motus, hinc Romignius Facultatis Syndicus ex Regis mandato eis præcepit, ut conventum suum solverent. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XLVI.

Singulare studium Franciæ Episcoporum in reprimendis hisce dissidiis.

Quo pertinacius quidam Sorbonæ Doctores suæ insistebant appellationi, eo firmiori pectore Franciæ Episcopi refractariis obstitere, atque inter eos præprimis Petrus Sabatier Ambianensis Episcopus ad omnes Parochias, & Abbavillanæ Urbis Ecclesias, ut publicas preces cum exposito SS. Sacramento haberent, mandatum dedit, *Dorsan. l. c. pag. 56.*

Sæc. XVIII. A. C. 1721. illud tamen ad Capitulum Cathedrale non transmisit, eoquod Silly de Louvignii Decanum, Demianum Thesaurarium, & quosdam Canonicos appellantes pro hæreticis haberet: Nihilominus hi publicas indixere preces, ac desuper querente Episcopo, Regni Moderator die decima quarta Januarii per Cardinalem du Bois Decanum & Thesaurarium Parisios venire jussit. Hi Cardinalem de Bissy Meldensem Episcopum, atque Abbatem Covetum adeuntes, moniti sunt, ut ad prævertendam Regis atque Episcopi indignationem suam revocarent appellationem, vel saltem Episcoporum conciliationi accedere haud cunctarentur: Opponebant illi, quod nec *Corpus doctrinæ*, nec postremum Noaillii mandatum perlegissent. Hoc maturius ponderantes, ac præcipue Rohanii Cardinalis eloquentia ac rationibus convicti vix non victas dedere manus, paulopost tamen ab aliis seducti declararunt, quod circa Constitutionem & Episcoporum acceptationem nonnisi obsequiosum pollicerentur silentium: Hac tamen ratione Episcopo haud satisfactum, quapropter Capitulum se Constitutionem cum ceteris Franciæ Episcopis acceptare, scriptotenus coram Episcopo declarabat; cum autem Hic insuper peteret, ut Canonici

nici a cenſuris ob appellationem incurſis ſolvi efflagitarent, id vero cum ſe facturos recuſarent, eis Sacramentalis denegabatur abſolutio, donec a cenſuris liberati eſſent. Eadem ſpiritus libertate hic idem Epiſcopus Atrebatenſi Epiſcopo, qui unacum ſuo Mandato quosdam ſuæ Diæceſis Clericos Sacerdotio initiandos miſerat, reſpondit, ſe ejus mandatum non ſine mærore legiſſe, eoquod in illo multa Pontifici injurioſa deprehendiſſet, præcipue quod cenſuras a Papa per Bullam latas ſuppreſſerit, cum tamen id facere haud poſſet, quin in ipſum Pontificem jurisdictionem exercere præſumeret, ni ergo ſententiam ſuam mutaret, ſe haud ultra Eccleſiaſticos, quos tranſmiſſurus eſſet, ad Ordines admiſſurum: Paulopoſt Andreas Deuillet Bayonenſis, Vincentius Desmaretz San-Maclovienſis, & Laudanenſis atque Atrebatenſis, Epiſcopi ſua mandata pro acceptatione Conſtitutionis ad Noaillium Cardinalem transmiſerunt. Hæc mandata a Senatu Eccleſiaſtico examinabantur, Atrebatenſis tamen, necnon Trecorienſis Epiſcopi ſua mandata circa ea, quæ de Conſtitutionis inutilitate, & contra Jeſuitas inſperſerant, immutare jubebantur: Agennenſis vero Epiſcopus ſuum mandatum ſine examine prævio

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

imprimi juſſit, aſſerens, ſine Epiſcopalis characteris læſione ſe non poſſe mandatum ſuum Laicæ Curiæ correctioni ſubjicere; id enim rem fore peſſimi exempli &c. Alii Præſules toti in eo erant, ut Eccleſiaſticos ad revocandas appellationes inducerent, & quidem Sarlatus Gratianopolitanus Epiſcopus appellationes tanquam auſus ſchismaticos deteſtatus, ſcandalum inde exortum per publicas a Notariis ſignatas revocationes reparari juſſit, ſecus ſe alios ad eorum Beneficia nominaturum minitatus: Nec etiam ejus fervor ſuo caruit effectu; multi enim Parochi publice ſuas appellationes revocabant & Rupellenſis Eccleſiæ Canonici exequiis ſui Decani intereſſe renuebant, eoquod hic in ſua appellatione perſiſtens abiiſſet. Marcibanus quoque Mirapicenſis Epiſcopus nequidem intereſſe voluit ſupplicationi ſolemni, in qua Montpeſulanus Antiſtes ſacris operabatur, imo lumque Aletenſis Epiſcopus nequidem officioſa dignabatur ſalutatione, & Luconienſis Epiſcopus Canonico cuidam eoquod moribundo Montacutenſis Capituli Decano ſine petita prius revocatione Sacramenta adminiſtraſſet, omnibus ſacris functionibus interdixit, & ſub anathematis pœna inhibuit, ne in ſua Diœceſi ullum adminiſtraret Sacramen-

mentum. Ipse etiam Noaillius Cardinalis, ne suo silentio innovatas quorumdam appellationes tacite approbare videretur, cuidam Parocho & alteri Canonico accessum ad suum Palatium interdixit, simulque declaravit, quod nullum ex illis, qui suas appellationes innovassent, ad Beneficia vel S. Ordines admissurus esset, ceterosque Episcopos, ut ejus exemplum sequerentur, hortatus est. Chassaignio Missionum Sacerdoti, pluribusque aliis facultatem confessiones excipiendi ademit, cunctosque Sacerdotio initiandos, nisi suis appellationibus nuntium miserint, exclusit. Præterea Nannetensis Episcopus Moniales sibi subjectas adstrinxit, ut sequenti subscriberent formulæ: *Ego recipio atque adopto Constitutionem utpote ab Ecclesia receptam, omnesque illos, qui eam non acceptant, pro segregatis ab Ecclesia habeo.* Rhemensis etiam Cardinalis Archiepiscopus octo Ecclesiasticos magis pertinaces ex mandato Regis exilio plectebat, & octodecim Canonicos Cathedrales voce activa & passiva ob interjectam vel innovatam appellationem privabat, quibus etiam auctoritate Regia interdictum, ne præsente Archiepiscopo Ecclesiam ingredi præsumerent: nec huic severitati omnis deerat successus; viginti enim septem Cano-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721. nici ſuam appellationem revocarunt, decem vero ſuæ pertinaciæ immorti Pariſiis ſuæ oppoſitionis rationem reddere nitebantur; verum Cardinalis du Bois eis declarabat, Regem omnino velle, ut ante ſolemnem ejus unctionem cunctæ appellationes revocarentur: Inſuper Aquenſis Archiepiſcopus, atque Epiſcopus Gratianopolitanus eos, qui ſuas appellationes innovarunt, Regis juſſu in exilium expulere, atque Jacobus de Fourbin de Janſon Epiſcopus Arelatenſis Parochum, qui Bocheum hujus Eccleſiæ Sacellanum morientium Sacramentis munierat, interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſuit, mortuum vero ſine campanarum ſonitu ac ſine funerali honore ſepeliri juſſit, cum autem Romieus Melitenſis Eques ædituum ad pulſandum verborum minis adegiſſet, atque in Archiepiſcopi contemptum ante ejus Palatium cadaver ſubſiſtere juſſiſſet, Archiepiſcopus hanc temeritatem Equiti acriter exprobravit: Denique Aptenſis Epiſcopus die decima quinta Decembris mandatum edidit, in quo præter alia præcipue ſui cordis impetum manifeſtabat his verbis: „mentis depravatione tranſeamus ad „corruptionem intellectus, & quam „horrenda monſtra parturit illa! ... „nempe informes novasque appella-

„tiones

„tiones ad futurum Concilium inter- Sæc. XVIII.
„jectas a summi Pontificis Constitu- A. C. 1721.
„tione omnium ferme Christiani Orbis
„Episcoporum acceptatione munita.
„Si audaculos hosce, qui contra hoc
„Divinum Oraculum declamare ausi
„fuerunt, penitius cognoscere vultis
„. . . . , vestro desiderio satisfacturi
„dicemus . . . . eos esse Doctores,
„qui de se præsumentes cognitam ve-
„ritatem, ut pravis suis affectibus satis-
„faciant, palam prodere, eamque er-
„rori, ejus inimico tradere, sibi reli-
„gioni minime ducunt. Hic est genui-
„nus tam recentium quam veterum
„Appellantium character.„

„Nonne merito dicere possumus,
„quod Christus Dominus prospiciens
„turbidam hanc ætatem, in qua vivi-
„mus, dixerit per os Prophetæ sui ad
„has oves voci Pastoris sui rebelles.„

„Nequaquam Pontifex, a quo ex-
„plicationes Bullæ petitis, vestro desi-
„derio satisfaciet, Pertinaces enim
„& obdurati estis, & vocem ejus
„audire renuitis: Eapropter dignissimo
„huic Ecclesiæ Matris vestræ Interpreti
„auctor exstiti, ne ad captiosas vestras
„petitiones respondeat, Peribitis vos,
„& vobiscum illi Doctores, qui vos in
„schisma præcipitarunt, *corruas hodie,*
„*& corruet etiam Propheta tecum. Nocte*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„*tacere feci Matrem tuam* . . . . Timendum est, ne schisma, quo Francia „scinditur, pestilentiæ flagellum in illam provocet. Quamprimum Samaria sese segregavit a communione Jerusalem, . . . quamprimum alienum „invexit cultum . . . . omnia mala ultionum thesauro inclusa in caput „ejus effundebantur &c.„ Non paucis tamen quorumdam Episcoporum severitas præsenti temporum vicissitudini minus accommoda videbatur: unde inter ipsos Franciæ Episcopos viginti septem oriebantur factiones, quarum mandatu a malevolis vocabantur Babel, quia non audiebat unusquisque vocem proximi sui.

§. XLVII.

Variæ contentiones circa Theses in Galliis propugnatas.

Holberg. Hist. Eccl. t. 4. p. 64.

Rupto debitæ obedientiæ ac submissionis fræno non pauci Professores luxuriantis ingenii intemperantia plus æquo indulgentes, ac Noaillii patrocinio tumidi, Parisii varias theses in odium Constitutionis atque acceptantium exposuere; ac præprimis die decima quinta Januarii in Aula Sorbonica duæ solemnes habebantur disputationes, in quibus tamen duæ propugnabantur theses, quas Præsules Seminarii

narii S. Sulpitii tanquam Ecclesiæ injurias, ac in fide suspectas apud Cardinalem Bissyum denuntiabant: Hic eas transmisit ad Consilium Ecclesiasticum, quod consulto Claromontano Episcopo negotium dedit Abbati Coveto, ut eas Cardinali Noaillio exhiberet, ab eodem aut censuris perstringendas, aut ab iis, qui eas propugnarunt, explicandas: Ut vero Cardinalem Noaillium eo facilius ad id induceret, eidem exposuit, timendum esse, ne, si sua Eminentia has theses proscribere renueret, Consilium Ecclesiasticum suam jurisdictionem in ipsam Facultatem Theologicam extendat, eandemque Archiepiscopo Parisiensi subtrahat: si vero ipse hoc Consilium prævenerit, absdubio Regis patrocinium sibi polliceri, atque Archiepiscopi jurisdictionem in Facultatem novo exemplo firmare poterit. Eo fine ad eundem Cardinalem transmisit eas explicationes, quas ipse a Baccalaureo, qui illas theses propugnavit, expeteret. In prima enim propositione observabatur, quod Tonnelierus Præses eosdem omnino loquendi modos, quibus Quesnellus uti solebat, nimis studiose adhibuerit: Altera vero propugnare videbatur, quod Ecclesia non sit visibilis & schismaticos in suo sinu foveat: pri-

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

mam propositionem Noaillius Guereto Doctori examinandam tradidit, hic vero eam ab errore esse immunem censebat, ac Præsidem excusabat, eo quod Sorbonicis Doctoribus a Regis Ministris jam dudum insinuatum fuisset, Episcoporum conciliationem non obstare, quo minus tam in thesibus, quam dictatis eosdem adhibeant loquendi modos, quibus ante Constitutionem usi fuissent. Secundam autem propositionem Covetus, & Gueretus censura dignam, atque omnino erradendam esse censebant, quapropter Quinotus Ex - Syndicus ex prima & secunda propositione quasdam lineolas delevit: Noaillius vero neutram censura perstrinxit, veritus, ne hac occasione Consilium Ecclesiasticum veræ Inquisitionis auctoritatem sibi arrogaret, & demum Parisiensi Archiepiscopo nil reliquum esset, nisi ut merum ejus decisionis executorem ageret, ipse vero non alium inde proventum haberet, nisi ut Sorbonicorum Doctorum invidiam odiumque crebris ejusmodi censuris sibi accerseret.

Insuper Cardinalis de Gesures, qui absente Rohanio Cardinale Præsidente Consilii Ecclesiastici agebat, de Noaillio querebatur, quod thesium explicationes, etsi minime sufficientes essent

a Bac-

a Baccalaureo Massilienſi, alioque admiſerit, ſub idem quoque tempus Lordetus die vigeſima Februarii Toloſæ hanc propugnabat theſin: *ad peccatum mortale vel veniale prærequiritur expreſſa cognitio malitiæ moralis, vel expreſſa dubitatio, ne actui eliciendo malitia moralis inexiſtat.* Eapropter Aurelianenſis Dux Cardinali du Bois negotium dedit, ut Lordetum ad revocandam hanc propoſitionem compelleret. Denique theſes, quæ die nona Julii in Sorbona Præſide Rectore Montempuis de gratia Chriſti propugnari debuiſſent, ſuppreſſit, eoquod plures fuiſſent expoſitæ propoſitiones æquivocæ, ex quibus venenum extrahi poſſet. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. XLVIII.

Quorumdam Regularium ſubjectio, aliorum pertinacia.

Haud ſegnius ſupremi quorumdam Regularium Ordinum Superiores a veritatis ſemita devios reducere, & ceteros in debita ſubjectione firmare adlaborabant: Ex his præcipuus erat Dionyſius San-Marthanus ſupremus Congregationis Benedictinæ S. Mauri Præpoſitus, qui ſuadente Scalionio Præſule quamprimum Innocent. XIII. Divi Petri Cathedram conſcendiſſe compererat, *Dorſan. l. c. p. 75.*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

pererat, mox epiſtolam encycli-
cam ad omnes ſuæ Congregationis
Conventus perſcripſit, eosque hortatus
eſt, ut opportuniſſimam grave Conſti-
tutionis negotium modo Congregationi
imo toti Eccleſiæ proficuo abſolvendi
occaſionem non prætermittant, proinde
neo-electum Pontificem æqui bonique
ſtudioſiſſimum, & de hac controverſia
plene inſtructum literas gratulatorias
mittant, ſimulque omnibus ejus juſſis
ſinceram, & filialem obedientiam tam
digno Chriſti Vicario debitam profi-
teantur. Eadem vero occaſione hic
idem Præpoſitus eis ob oculos poſuit,
quod ſi adhucdum ſeſe ſubmittere con-
ctarentur, extrema quæque non modo
a Pontifice, ſed & a Galliarum Rege
pertimeſcenda haberent: Elegerunt
PP. Prædicatores in ſupremum ſui Or-
dinis Magiſtrum in comitiis die trigeſi-
ma prima Maij Romæ celebratis R.
Patrem Auguſtinum de Pipia Præſide
Cardinale Davia, qui eidem nomine
Pontificis inſtillabat, ut antiquæ D.
Thomæ Aquinatis doctrinæ inſiſtens,
novas opiniones in ſui Ordinis Scholis
invehi præpediret, hac enim, addebat
Cardinalis, ratione ſacræ Sedis gratiam
& favore ſeſe dignum reddere poſſet.
Eapropter novus hic Generalis mox
epiſtola encyclica omnes ſibi ſubjectos
horta-

hortabatur, ut S. Thomæ doctrinam immoto ſtudio propugnarent. Inſuper Pater Le Roy Ciſtercienſium Generalis quatuor Religioſos, qui Pariſiis ſuas appellationes innovarunt, ad alia exulare juſſit monaſteria. Non deerant tamen ex Monachis Congregationis S. Hidulphi, qui ad Superiorum ſuorum vocem aures obturarent, cum autem jam anno priori die ſecunda Decembris ſuam appellationem in pleno conſeſſu innovaſſe compertum eſſet, ac ſuam declarationem typis impreſſam vulgaſſent, ingens contra eos mota eſt tempeſtas, atque inter eos præcipue P. Theodoricus de Viaixnes, qui præcipuus hujus pervicaciæ Author audiebat, in exilium detruſus eſt; nec tamen hujus ſupplicio ceteri ſapere cæperant; unde in eos tanta populi averſio, ut dum in Abbatia S. Sulpitii reliquiæ hujus ſancti die decima ſeptima Januarii pro more non ſine maximo populi concurſu colerentur, ſcheda majuſculis literis ſcripta Eccleſiæ foribus affixa legeretur, hujus tenoris: *Monentur omnes, ne Eccleſiam hanc accederent, minus ſacram Synaxin ab horum Monachorum manibus recipiant, quia ſunt hæretici, Schismatici & Excommunicati, quibuscum in Divinis communicare non licet, quin eorum ſacrilegiis participetur, Idem vobis*

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII A. C. 1721.

vobis observandum est cum ceteris Appellantibus.

Eadem die Defendio Ecclesiæ Cathedralis Canonico & Capituli Promotori epistola ignota manu scripta tradebatur, qua significatum, omnibus mirum videri, quod ipse, utpote Promotor, & fidei, sanæque doctrinæ studiosissimus pro officii sui debito Appellantes nondum infectatus esset, id vero tandem ab ejus probitate & religione desiderari. Spernebatur primo hæc epistola, eoquod hic Canonicus desuper interrogatus responderit, quod illius autographum in ignem conjeciisset, exactius vero Regius Procurator in Schedæ Authorem inquisivit; & ipse Abbas sibi de injuria satisfieri petiit, cui etiam omnem opem & operam publicebatur Cardinalis de Gesures, haud leviter exacerbatus, eoquod libellus manuscriptus in Bituricensi urbe sub titulo *Philotanus* contra Constitutionem impune per Nobilium fæminarum manus versaretur, cum tamen hic libellus summo Pontifici, Ecclesiæ, & Episcopis injuriosus, necnon Regiæ declarationi contrarius esset: quamvis autem Cardinalis per suum Vicarium Generalem hunc libellum ex Nobilis cujusdam Matronæ manibus eripuisset, aliorum tamen artibus factum, ut res indecisa perma-

permaneret. Majorem ſibi moleſtiam accerſivere Patres Oratorii vel ex Janſenianæ hæreſis labe, aut illius ſuſpicione. Eorum ſpirituali regimini jam per octoginta octo annos ſubjectæ erant Rupellis Moniales, quas *Urſulinas* vocant; accuſabantur hi Patres quod inter illos nonnulli appellaſſent, quocirca Epiſcopus eis non modo inhibuit, ne harum Monialium conſcientias moderarentur, ſed etiam Monialibus injunxit, ut rem Divinam peracturis veſtes Sacras denegarent: Hæ vero Regiæ impoſiti ſilentii declarationi inſiſtentes in feſto S. Urſulæ a Parocho in eorum Eccleſia celebrante ſacram Synaxin receperunt: Re comperta Epiſcopus eas Sacramentorum uſu interdixit, donec *pure & ſimpliciter* Conſtitutionem acceptaſſent: Hæ igitur in arcto poſitæ, cum literarum ignaræ ab aliorum ore ac ductu dependerent, *Conſtitutionem pure & ſimpliciter juxta Noaillii explicationes* acceptarunt, moxque Sacramentorum uſui reſtitutæ ſunt. Verum id reprobantibus Jeſuitis, Epiſcopus has Moniales adegit, ut Bullam ſine ulla explicatione tanquam *Regulam fidei* acceptarent, & appellantes pro hæreticis haberent, cum autem id facere detrectarent, Epiſcopus eas, donec obtemperarent, Sacra menſa excluſit.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Que-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Queruntur hæ literis ſuis apud Regni Regentem, exponunt, ſe ferventibus hiſce controverſiis ſemper exactum ſervaſſe ſilentium, illudque ſe integra fide ſervaturas pollicentur: Sed incaſſum omnia: prohibentur inſuper, ne adoleſcentulam Sacra veſte induerent: Tandem vero die vigeſima ſeptima Februarii Epiſcopus cum Theſaurario Cathedralis Eccleſiæ, duobus ſatellitibus & aliquot Canonicis Aſceterium accedit, & a Præpoſita quærit, an ad ſuas literas reſponſum a Regni Regente accepiſſet, & non exſpectato reſponſo ſubjungit, Præſules Senatus Eccleſiaſtici decreviſſe, illas a Sacramentorum uſu & in ſuam familiam cooptandi facultate privandas eſſe, donec Conſtitutionem in ſenſu Pontificis ſuique Epiſcopi ſine reſtrictione recepiſſent: Tum vero reponunt Moniales, quod eam in ſenſu, quo illam Eccleſia recipit, & Rex recipi jubet, & Franciæ Clerus recepit, acceptare velint, & quod quidem olim ad manus habuiſſent Quesnelli reflexiones, eas vero ad Epiſcopi juſſa ſuppreſſerint. Nec tamen adhuc ſatisfactum Epiſcopo, qui illis quoque imputabat, quod Chriſtum non pro omnibus, ſed ſolis Electis mortuum eſſe teneant. Profitentibus tamen omnibus, ſe credere, quod Chri-

Christus sit mortuus pro omnibus, me- Sæc. XVIII.
rita tamen sui Sanguinis non omnibus A. C. 1721.
fuerint applicata: tandem interveniente Regia auctoritate ab ulteriore molestia immunes permansere: Patres tamen Gassarelus & Boyerus, qui sepositâ omni moderatione & reverentia sæpius in Constitutionem invehebantur, exilio mulctati sunt, omnesque Seminaristæ eorum curæ commissi, qui suas appellationes innovarunt, a sacris Ordinibus excludebantur, atque initiatis Concionandi, & Confessiones excipiendi facultas denegata est.

Harum dissensionum vapores in sacras etiam solitudines penetrasse, Virosque ab omni pene hominum consortio infecisse cernebatur; cum enim in Rhemensi Diœcesi Prior Carthusiæ de Monte Dei habito Regulari Conventu sigillatim omnes Religiosos moneret, ut corde & animo omnibus in Constitutione contentis sese subjicerent, cunctis plenam obedientiam spondentibus solus quidam viginti octo annorum Juvenis P. Guilielmus Jallobertus declarabat, se solitudinis suæ amore abstractum de controversiis ob Constitutionem exortis edoceri, haud curasse, exactum tamen hucusque de hisce rebus servasse silentium, nec se posse erga decisiones sibi omnino incognitas sub-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

missionem cordis & animi pollicer cum ergo a suo Superiore provocatus, se subjicere nollet, instructis judici actis ad perpetuos damnabatur care res, ast ejus Parente ad Parlamentum recurrente inde liberatus est. Tan ingens turbarum, malorumque incen dium suscitavit unica scintilla, quæ ni a quibusdam privatam suam recensqu excoctam opinionem tuendi prurigi fuisset insufflata, & ab aliis sese oppo nendi ac contradicendi studio propa gata, facile in primo ortu extinq potuisset.

§. XLIX.

Summi Pontificis & sacrarum Con gregationem decreta ac de cisiones.

Bull. magn. Const. 104. *Innoc. XIII. p.* 215. 423. 885.

Publicis Ecclesiæ negotiis per Cl mentis XI. obitum intercisis pa cas Innocentii Constitutiones, & sacra rum Congregationum decreta reperiri est: Exstat tamen ejusdem summi Pon tificis Constitutio die vigesima septim Novembris edita, qua confirmavit gra tiam Urbini Civitati a Clemente XI factam, vi cujus unus ex hujus Urbis civibus, qui in illius Universitate Doctc ratus laurea susceptа Collegio Doctor rum Ejusdem Civitatis adscriptus est fixum

fixum inter Auditores Rotæ Maceratenſis locum haberet: cum autem Clemens XI. Papa morte præventus literas Apoſtolicas ſuper hujusmodi gratia expedire haud potuerit, hinc Innocentius XIII. declaravit, ut omnia a ſuo Prædeceſſore hac in re facta eundem ſortiantur effectum, perinde acſi ſuper illis ipſius Clementis literæ fuiſſent confectæ, pariter etiam confirmavit omnia Privilegia ac indulta, quæ olim Romani Pontifices præfatæ Univerſitati & Collegio Doctorum conceſſerant.

Quamvis Concilium Tridentinum Seſſ. 24. c. 18. vacante Parochiali Eccleſia concurſum indici ſtatuiſſet, cum tamen examinis in hoc concurſu peragendi norma & methodus certa non fuiſſet præſcripta, ac propterea magna examinum diverſitas, & querelarum occaſio inde exorta fuiſſet, hinc annuente ſummo Pontifice Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum die decima Januarii, voluit, „omnes & ſingulos Epiſcopos aliosque „Prælatos, penes quos ſit jus, & auctoritas faciendi concurſum, hortari, „ut examen ejusmodi inſtituere non „graventur, quale jam & multæ diæceſes, & Urbs ipſa obſervat, atque „Apoſtolica etiam Dataria poſtulat, ſive „cum, Sede vacante, vacat Eccleſia

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„aliqua Parochialis, cujus Collatio a
„Sedem Apoſtolicam pertineat; ſive
„cum vacat Parochialis aliqua, ut de
„citur juxta Decretum, ſive demum
„cum vacante in Collegiatis, aut Ca
„thedralibus Eccleſiis dignitate aliqua
„majori annexam habente curam ani
„marum, faciendus eſt concurſus, et
„que ad Apoſtolicam Datariam trans
„mittendus, ut notum eſt, atque
„literis, quæ de ordine Sanctiſſimi tu
„e dataria prodeunt. clare præſcribitur.

„Vacante itaque Eccleſia Parochia
„quæ conferenda ſit per concurſum
„atque, hoc ſolitis formulis indict
„hæc, quæ ſequuntur, ex ſacræ Con
„gregationis ſententia, conſilio, ſan
„ſione ſervanda proponuntur.„

„Primum nempe, ut aſſignentur
„eædem omnibus concurrentibus quæ
„ſtiones, iidem caſus, idemque tex
„tus Evangelii, ſuper quo ſermo
„aliquid perſcribant, ad probandam
„dicendi pro concione facultatem.

„Alterum, ut caſus, & quæſtiones
„reſolvendæ dictentur omnibus eodem
„tempore, atque omnibus pariter eo
„dem tempore textus Evangelii tra
„datur.„

„Tertium, ut certum, idemque
„omnibus ſpatium temporis conſtitua
„tur, intra quod caſus reſolvant, quæ
„ſtiones

„stionibus respondeant, conciunculam „componant „ Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Quartum, ut eodem concurrentes „omnes in conclavi claudantur, unde, „quamdiu scribent (dabitur enim om„nibus scribendi copia) nemo eorum „egredi, neque alius quispiam eo in„gredi possit, nisi postquam scripta con„fecerint, & exhibuerint.„

„Quintum, ut omnes sua quisque „manu tam responsa, tum sermonem „scribant, subscribantque. Sextum, ut „responsa quidem latine, sermo autem „ea, qua ad populum haberi solet, „lingua scribatur.„

„Postremum, ut unumquodque „responsum, & unusquisque sermo, „cum ab unoquoque concurrentium ex„hibebitur, non solum ab eo, qui scri„pst, atque a Cancellario concursus, „verum etiam ab examinatoribus, & „ab Ordinario, vel ejus Vicario, qui „concursui interfuerint, subscribatur.

„Peracto secundum hanc formulam „concursu, collataque ei, qui magis „idoneus, ac dignior judicatus fuerit, „Ecclesia Parochiali, non admittatur „Appellatio, aut a mala relatione exa„minatorum, aut ab irrationabili ju„dicio Episcopi, nisi intra decem dies „a die collationis interponatur.„

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„Siquis autem hoc intra ſpatium
„appellaverit, actaque concurſus peta
„ad Judicem Appellationis transfere
„da, mittantur vel acta ipſa originalia
„concurſus clauſa & obſignata, vel
„certe unum aliquod authenticum ea
„rum exemplum, a Cancellario con
„curſus, atque altero Notario colla
„tum & auſcultatum corum Vicario,
„vel alio in Eccleſiaſtica dignitate con
„ſtituto, quem eligat Ordinarius, a
„quem etiam Notarii Cancellario ad
„jungendi electio pertinebit, necnon
„ab examinatoribus ſynodalibus, qu
„concurſui interfuerunt, ſubſcriptum.

„Ex quibus actis vel authentico ea
„rum exemplo niſi gravamen, quod
„doctrinam probet is, qui ſic, ut pra
„mittitur, examinatus, aut a mala re
„latione examinatorum aut ab irratio
„nabili judicio Epiſcopi appellaverit
„novum ad examen provocandi facu
„tatem a ſacra Congregatione fruſtr
„poſtulabit.„

„Quemadmodum, & in judicio Ap
„pellationis proſequi Jus ſuum fruſtr
„tentabit is, qui forte ſe gravatum d
„leat quoad reliqua, niſi interpoſi
„mature, ut dictum eſt, Appellatione
„ab irrationabili judicio Epiſcopi, gra
„vamen quoad illa oſtenderit vel e
„actis primi concurſus, vel ſaltem e
„atte

„atteſtationibus, & documentis extra- Sæc.XVIII.
„judicialibus etiam, ſed non levibus.„ A.C. 1721.

Agitabatur etiam in Congregatione a ſummo Pontifice ſpecialiter indicta gravis hæc quæſtio, *an ad tramites ſacrorum Canonum, ſacrique præſertim Concilii Tridentini poſſit inferior Prælatus territorium ſeparatum & jurisdictionem ordinariam & quaſi Epiſcopalem in Clerum & populum cum ipſius Epiſcopi excluſione, in aliquo ſpeciali loco aquirere per quadragenariam præſcriptionem unacum titulo colorato?* Poſt maturum igitur & dili-„gentiſſimum hujus quæſtionis examen „unanimi ſuffragio die decima quarta „Januarii reſponſum eſt, non poſſe, ſed „pro acquiſitione territorii ſeparati, „prædictæque Jurisdictionis omnino re-„quiri, aut clarum, & undequaque „ſubſiſtens Apoſtolicum Privilegium „aut conſuetudinem immemorabilem „cum ſuis omnibus requiſitis rite pro-„batam, per quam Apoſtolicum Privi-„legium de jure præſumi valeat. An „autem admiſſo vero Apoſtolico Privi-„legio, de ſui natura apto, ad ſepara-„tionem territorii, & conceſſionem Ju-„risdictionis Ordinariæ, quaſi Epiſco-„palis in Clerum & populum cum ex-„cluſione Epiſcopi in aliquo determi-„nato loco, ſed aliquam rationabilem „dubietatem, aut diſputationem ad-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

„mittente, subsequens uniformis quæ„dragenaria, aut per alium legitimum „tempus continuata observantia favens „Prælato inferiori in qualibet actuum „specie ordinariæ, & quasi Episcopalis „Jurisdictionis, deservire valeat pro„dicti Apostolici Privilegii interpreta„tione, prædicti Eminentissimi Domini „& RR. PP. dixerunt id dependere a „singulis casuum & factorum circum„stantiis, & sic dandum esse respon„sum a suis judicibus super hac re in „casibus particularibus.„

Hanc Congregationis decisionem Pontifex præfata die approbavit. Præterea decretum sequens promulgari jussit: Sacra insuper Rituum Congregatio annuente Innocentio XIII. die vigesima Decembris indulsit, ut Officium proprium SS. Nominis Jesu jam aliquibus Provinciis concessum, deinceps ab omnibus Christifidelibus tam Sacerdotibus quam Regularibus utriusque sexus, qui ad horas Canonicas tenentur, sub ritu duplici secundæ classis, Dominica secunda post Epiphaniam recitari, & Missa celebrari valeat: ubi observandum, quod *sequentia* in hac Missa, licet in pluribus Missalibus impressa cernatur, non tamen dicenda sit, nisi a FF. Minoribus S. Francisci, tum quia in concessione Jesuitis Anno 1701. primæ

Octo-

Octobris facta diserte dicitur: *exclusa tamen sequentia*, tum quia in hac universali Officii hujus extensione Missa Romæ impressa non habet præfatam *sequentiam*. Sæc.XVIII. A. C. 1721.

§. L.

Sectariorum tolerantia in Hungariæ Regno extorta.

Ab eo temporis articulo, quo Calvini ac Lutheri secta Hungariæ Regnum infecerat, omnia bellis, seditionibus, cædibusque erant turbata; quamvis enim Catholici Proceres jam anno Christi millesimo sexcentesimo sexto Regnante Rudolpho II. Imperatore ac Hungariæ Rege palam & solemni pacto declararint, atque ex publicis Regni legibus comprobatum reddiderint, nullum omnino Sectarium esse tolerandum, nihilominus Anno 1616. Calviniſtæ & Lutherani in Viennensi conventu sectæ libertatem (sine tamen Catholicorum præjudicio) armorum vi extorserunt, his tamen minime contenti, ut suas sectas latius extenderent, partim Ragotsiis, Teckeliis, aliisque rebellibus sua junxerunt arma, partim Turcis in rebellionis subsidium evocatis omnia susdeque verterunt, & quidem Anno 1662. contra Turcas suppetias ferre, pertinaciter

Hist. Univ. tom. 8. Period. II. cap. 1. pag. 561.
Hist. Chron. contr. l. 17. pag. 793.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

detrectarunt, nisi prius existimata eorum Religionis gravamina tollerentur; hac ergo repulsa se Imperatorem, Catholicosque Regni Ordines ad firmandum sectæ exercitium adigere tentabant. Studiose insuper in rem suam omnes illas vertebant temporis vicissitudines, quibus Augustissima Domus Austriaca gravi pressa necessitate Hungarorum ope indiguerat, vel Imperatores pro Domus suæ incremento quædam ab Hungaris petebant: Sic Anno post incarnationem Dominicam millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo, cum Leopoldus Cæsar per Hungariæ Palatinum in comitiis Augustissimam Imperatricem in Hungariæ Reginam inaugurari peteret, Sectarii comparere renuerent, nisi prius Templa, quæ Catholici sibi erepta jure postliminii vindicabant, eis redderentur: Eodem sub obtentu quinto post anno in apertam cruentamque rebellionem contra legitimum suum Regem prorupere, eamque Turcarum armis propagarunt, usque ad Annum 1681. quo præfracte Ecclesias, scholas &c. sibi restitui postulabant, & quamvis Turcarum armis eas Catholicis eripuissent, & ad moderatiora consilia necnon ad deponendum eorum odium & vexationes Catholicis continuo irrogatas ab ipso Batavo Oratore Bruyningo

ningo admoniti fuiſſent, nec tamen pacem inire, nec Romanam Imperatricem coronari voluerunt, niſi prius immodicis, atque iniquis eorum poſtulatis ſatisfieret: interim vero efferatiores effecti totam Hungariam cædibus, rapinis & incendiis fæde depopulabantur, & non modo Eccleſias reſtitui, ſed & omnes Jeſuitas Regno expelli poſtulabant: & quamvis Joſephus I. Hungariæ Rex honeſtis admodum conditionibus Anno 1706. armorum ceſſationem eis obtuliſſet, nihilominus impellentibus Legatis Stapneyo Anglo, & Comite de Rechtern Batavo inter alias pacis conditiones Poſonii poſtulare præſumebant. I. Ut de jure receptarum Religionum „Negotium pro bono pacis & unione „amicorum non obſtante contradictione „Cleri, accommodetur, ſecundum Au„guſtanæ & Helveticæ confeſſioni ad„dictorum propoſitionem, quæ ſequitur „in hæc verba: liberum receptarum „in Regno Religionum exercitium in „ſtatu, qui per Szecſenii inchoatam ami„cabilem transactionem concluſus eſt „cum templorum beneficiorumque poſ„ſeſſione, per omnia ſartum, tectum„que maneat, inchoataque non tan„tum in partibus transdanubianis quam„primum ſed & locis necdum confœde„ratis, ſuo tempore eadem formalitate

„con-

Sæc. XVIII. A. C. 1721. „continuetur, nec ulla amplius templo„rum, & ſcholarum, eorumque bene„ficiorum ſubſequatur occupatio, aut „conſcientiarum quoquo ſub prætextu „quæſita violentatio, quinimo de his „omnibus tam guarantium potentio„rum ſponſione, quam & Articulo fu„turo Regni diætæ ſufficienter caveatur.

II. „Jeſuitæ, ex quo pro conſequen„da intra limites Regni eorumdem per„manſione & accommodatione ſaluta„ribus ſtatuum & ordinum Regni con„ſtitutionibus ad hoc usque tempus ſe „accommodare omiſiſſent, & ideo ex „Regno exire debuerunt, ſine conſenſu „Regni nullo unquam tempore redu„cantur: Bona vero intra Regnum per „eos poſſeſſa ipſis collata, in quantum „Eccleſiaſtica aut fundationalia eſſent, „Adminiſtrationi Cleri ipſo facto ſub„jiciantur, in quantum vero a familiis „avulſa comperirentur, ad ipſas fami„lias redeant.„

Ad has tamen poſtulationes, quarum barbaries cum latinitate ipſa prorſus barbara conſpirat, Imperator per ſuos Deputatos die decima quinta „Junii reſpondit, I. quod Juri, libertati „atque ſecuritati receptarum in Regno „Religionum ſatis cautum, & proſpe„ctum videatur per Articulos diætales „& notanter noviſſimos, ut quos reli„gioſe

„gioſe ſervandos & exequendos ſua „S. Cæſarea Regiaque Majeſtas firmi- „ter appromittit, quæ & clauſulam: „ſalvo jure Dominorum terreſtrium, ge- „nuino & juſto ſenſu per diætam expli- „cari faciet, nec in abuſum trahi pa- „tiatur. Qualis vero circa receptas „easdem Religiones fors noviter for- „mandus, inducendus ac reſpective am- „pliandus per Szecſeny inchoatam ami- „cabilem transactionem ſtatus inten- „datur, commiſſioni Cæſareo-Regiæ „ſimul inſinuatum non fuerit, ideoque, „& de ignotis nihil eatenus reſpondere „poſſit, minus dignoſci, an legibus „conſona, ac perinde juſta, aut nova „quærantur, quæ etiam nonniſi per „Generalem Regni diætam reſolvi „quirent.„ Sæc. XVIII. A.C. 1721.

II. „In negotio Patrum Soc. Jeſu „poſteaquam religio eorumdem ſub no- „viſſima diæta Poſonienſi Anni 1687. „Artic. 20. in Regnum recepta fuerit, „& quod diætaliter concluſum eſt, non- „niſi diætaliter tolli aut modificari poſ- „ſit, ideo hoc in paſſu ad generalem „Regni diætam præſens punctum re- „mittendum, ibique ſimul legali Regis „& Regni deciſioni ſubjiciendum erit, „quod circa bonorum Eccleſiaſticorum „ſeu beneficiorum ab ipſis vigore legum „& Conſtitutionum Regni, Articulo- „rum

Sæc. XVIII. A. C. 1721. „rum utpote Anni 1486. Art. 11. An„ni 1504. Art. 27. Decreti item Fer„dinandi primi Regis de Anno 1460. „sæcularium vero bonorum ex eo quod „contra leges patrias signanter An. 1493. „Art. 55. An. 1647. Art. 17. ibidemque „citatos, & alios passim cum præjudi„cio S. Coronæ Regni, Cleri quoque „sæcularis, & familiarum per ipsos „comparata, eoque in mortuas, ut dici „solet, manus illapsa habeantur, præ„tendibilem avulsionem, uti & perso„nalem emigrationem adducitur.„

Tandem vero die vigesima nona Aprilis quarto post anno eis indultum, ut Religionis exercitium juxta patriæ leges & statuta decernatur. Nondum satiata erat fanatica eorum audacia, sed insuper Carolum VI. Imperatorem ac Hungariæ Regem ad sectæ libertatem publica lege firmandam adegerunt. Opportuna id exequendi occasio eis hoc anno offerebatur: Jam enim anno Christi millesimo sexcentesimo octogesimo tertio Leopoldus Imperator Posonii in comitiis a Regni Proceribus expetierat, ut Hungariæ Regnum ad Austriæ Archiduces *hæreditario* jure in perpetuum transiret: Consenserant etiam Regni Ordines, ut non modo Josephus in hæreditarium Hungariæ Regem coronaretur, sed etiam ut de-

ficiente

ficiente *masculâ* Austriacæ Domus prole, jus hæreditarium in hoc Regnum ad Hispano-Austriacam lineam *masculam* devolveretur: Ut vero idem jus Cæsare absque prole masculâ morituro etiam ad ejusdem fæmineas Descendentes transiret, Protestantes Regni Ordines nullatenus consentire voluerunt, donec existimata eorum Religionis gravamina penitus tollerentur, eisque sectæ libertas per fundamentalem Regni legem assereretur: Eorum pertinaciam frangere nitebatur Hungariæ Palatinus Comes de Palfi, qui indictis Posonii comitiis rem potenter frustra tamen urgebat: Cum autem hanc successionem stabiliri plurium Austriacæ Domus interesset, & Protestantium Regni Ordinum consensus omnino necessarius foret, horum consensum caro Religionis pretio emendi necessitatem obversari, creditum est. Die ergo tertia Martii Pesthini solemnia habentur comitia, nominantur viginti quatuor Catholici, & totidem Protestantes Deputati, qui Religionis querelas discuterent, ac si fieri posset, componerent. Proferuntur utriusque partis jura, pacta, & libertates; præprimis vero Catholici Protestantibus exprobrant, quod nimia temeritate sibi Ecclesias restitui peterent, quas tamen ipsi contra omne fas iniquis Turcarum

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

&

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

& Rebellium armis violenter eripuissent, ac per plures annos non sine maxima Catholicorum oppressione & damno detinuissent: nunc vero contra antiqua pacta sectæ libertatem extorquere molirentur, cum tamen ipsis haud incognitum esset, quod Catholici Proceres jamjam anno Christi millesimo sexcentesimo sexto declaratione Rudolpho II. Imperatori tradita demonstrassent, in Hungariæ Regno nullum hæreticum publica lege tolerari posse: Hanc ipsam declarationem Ecclesiastici Proceres innovassent, atque anni sequentis die vigesima prima Martii suo chirographo muniissent. Præcipue inter eos Agriensis Episcopus edito libello demonstratum ibat, Protestantes in Hungaria velut patriæ pestem aut ad fidem Catholicam adigendos aut omnino e Regno eliminandos esse, imo eos a nullo Rege aut Principe, etsi id spopondisset, ob perversionis periculum, & rebellandi consuetudinem ex ipso sectæ genio invalescentem tolerari posse. Hac Præsulum constantia minime territi Protestantes cuncta, quæ a Catholicis vindicata erant, repetere haud cessabant, de prospero suarum postulationem exitu eo firmius sperantes, quo ardentius prætensa successionis jura communi omnium Ordinum consensu stabi-

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

ſtabiliri, firmum & fixum eſſe noverant. Nec ſua eos ſpes fefellit; cum enim probe perſpectum haberent, quod Imperator ægerrime ferret, ſi mentes pertinaciter invitæ acerbioribus verbis ac ſcriptis magis adhuc exaſperarentur, ac propterea ipſos Catholicos Proceres, ut Cæſareis mandatis Brabantiæ, Flandriæ & Sileſiæ ante ſexennium editis exactius inſiſterent, hortatus eſſet, hinc animoſiores facti, quosdam Viennam ablegarunt, qui de Catholicis queſti, Carolo Cæſari exponerent, quod Catholici Proteſtantibus nonniſi duo Templa in quovis Comitatu reliquiſſent, eisque plusquam trecentas Eccleſias eripuiſſent. Nec defuit querelis ſuus fructus, nec ſuis ſucceſſibus inſtrumenta protectionis; Aulicorum enim impulſu Catholicis Proceribus inſinuatum, ingentem eſſe Proteſtantium numerum eosque fidelitatis ſuæ ſpecimina hucusque non obſcura edidiſſe, proin Cæſaream Majeſtatem ſuam velle, ut libero Religionis exercitio potirentur, eisque quieta Eccleſiarum, quas nunc haberent, poſſeſſio relinqueretur: Inſuper Cardinalis Saxo-Citienſis Hungariæ Primas, & Comites Stahrenbergius, ac Kinskyus Cæſarei Adminiſtri Imperatoris nomine declararunt, omnia ab anno hujus ſæculi decimo nono in

Sæc. XVIII. A. C. 1721. Religionis negotio recens immutata ad priſtinum ſtatum eſſe revocanda, nec ullum ad ritus ſuæ ſectæ adverſos vi compellendum: Verum Catholici Ordines unanimi ſuffragio, ne hoc decretum vim legis obtineret, obſtiterunt, palamque adverſus hanc declarationem reclamarunt. Nihilominus anni ſequentis Menſe Martio Poſonii præſentibus Imperatore, ejusque Conjuge Cardinalis Czackyus & Archiepiſcopus Colocenſis comitiorum Præſes nomine omnium Procerum declarabat, Hungariæ regnum, quod aliunde hæreditarium ad maſculam Auſtriacæ Domus prolem extenſum erat, cum omnibus annexis perpetuo jure ad fæmininam lineam, ſalvo jure primogenituræ devolutum agnoſci, eoquod Auſtriaci Archiduces, ac præſertim Auguſtiſſimus Imperator Carolus VI. de hoc Regno optime meritus Apoſtolicum hoc Regnum non modo a barbaro Turcarum jugo liberaſſent, ſed etiam latius extenſis ejus finibus illud ampliaſſent: ut ergo pernicioſum præverteretur interregnum, Proceres ſuam ſignificaturi gratitudinem, & Hungaris antiqua ſua jura, privilegia, libertates & prærogativas confirmari, novisque favorum ſignificationibus augeri ſperantes, Regni ſucceſſionem ad fæmineam hujus Domus ſtirpem extendere

tendere consenserint. Eapropter sexaginta Hungari partim Episcopi, partim Comites & Barones Viennam ad Imperatorem contenderunt, unanimem Regni consensum confirmaturi, simulque petituri, ut Cæsar Posonium venire dignaretur: Ergo die septima Julii Carolus Imperator cum Augusta, duabus Archiducissis & Principe Eugenio illuc profectus, ac singulari veneratione exceptus est, cunctaque in comitiis decreta libere & unanimi suffragio admissa, adimpletaque sunt. Ad exemplum HungarorumBohemiæBrabantiæ. Flandriæ, Silesiæ & etiam Proceres Pragæ lege Pragmatica sexus fæminini successionem in defectum virilis confirmarunt, & die quinta Mensis Septembris Carolum ejusdem Regni hæreditarium Regem magnificentissime coronarunt. Postea anno sequenti die duodecima Junii Cæsar per *Protectionale* ut vocant, mandatum Hungaris Protestantibus postulata concessit, Catholici tamen Proceres constanter reclamabant, palam declarantes, se omnia, quæ Viennæ in Religionis Catholicæ decrementum sint statuenda, pro irritis habituros. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. LI.

Fulvii Astallii Cardinalis obitus.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Hoc item anno ferali mortis Imperio tres Cardinales succubuere. Ex his prior erat Fulvius Astallius patria Romanus, illustrissimis Parentibus Tyberio Marchione, & Victoria Maidalchinia natus. Tam præclaro igitur genere ortus, nullis caruit ad implantandam virtutem, literasque excolendas subsidiis: acutissima ingenii acie, & memoria non minus felici, quam tenaci præditus, ac judicandi, intimosque rerum recessus rimandi facultate excellens accedente infatigata sedulitate in Philosophicis ac Theologicis disciplinis tam insignem fecerat profectum, ut sub Clemente X. ejus Affines inter Curiæ Romanæ Præsules & Cameræ Apostolicæ Clericos recenseri meretur. Tam præceps fortuna haud caruit æmulorum invidia; postquam enim ejus Patruus Pontificis gratia excideratur, indignatione in ipsum Nepotem propagata, primo omnibus privatur honorum officiis, ac demum ipsa etiam urbe excedere jubetur: Ast plerumque ibi servat Deus, ubi homines innoxium opprimunt; nam, dum Fulvius diffidit, dum mærore semetipsum velut abjicit, Innocentius XI. æquissimus Pontifex agnita obtrectantium malignitate Fulvium pristinæ dignitati restituit, eumque ob insignem justitiæ integri-

Vit. Card. Astall. pag. 269. Guarnac. vit. Pontif. tom. 1.

integritatisque comprobatæ ardorem Militiæ Pontificiæ Præfectum nominavit, & demum Romana Purpura condecoravit. Nec otiosus Romæ hæsit Fulvius, sed cunctis S. Congregationibus, quibus erat aggregatus, assiduus interfuit, raraque suæ prudentiæ, moderationis, animique ab omni partium studio alieni specimina edidit. His dotibus instructus, ferme omnes Ecclesiastici Status Legationes obibat, ac primo quidem Urbini, postea Rauenæ, ac demum Ferrariæ *Legatus a latere* renuntiabatur, in hoc vel maxime commendatus, quod, licet rei familiaris angustia premeretur, incorruptam tamen semper justitiam exerceret. Non parum etiam publicam utilitatem promovebat, dum Æmiliæ Provinciam ab infestis viarum grassatoribus afflictam ac pene oppressam expurgabat, populosque caritate annonæ laborantes collectis undique frumentis sublevabat: Denuo regiminis sui felicitatem haud parum turbabant bellici tumultus; cum enim neutri belligerantium parti faveret, & Comiti Hercolano milites pro Cæsare in Ferrarienſi Provincia conscribere prohiberet, maximam Imperatoris indignationem in se provocabat, quæ plurimum aucta est, eoquod ipsemet Pontifex multa se inscio facta fuisse

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

obtendens, totam culpæ molem in Fulvii Cardinalis & Paolucii Belliducs Pontificii humeros exoneraſſet. Enimvero ad vindicandam ſuam innocentiam Fulvius Pontificis juſſa typis edi curabat, quin tamen nimii erga Gallos affectus ſuſpicionem a ſe amoliri poſſet; unde Leopoldus Imperator illum Viennam abduci, a Papa petiit, de damno Cæſareis illato rationem redditurum. Aſt Imperatoris obitus, indeque mutata rerum facies præteritorum oblivionem induxit. Tandem, poſtquam ſeditionem a Ferrarienſibus ruſticis concitatam feliciter ſedaverat, perdifficili Legatione hac perfunctus, Romam rediit, ubi a Clemente XI. ob miram rerum gerendarum dexteritatem maximi habitus, mortuo Acciajolio S. Collegii Decano Epiſcopus Oſtienſis ac Decanus renuntiabatur, qua tamen dignitate haud diu potitus eſt; repentina enim pectoris oppreſſione obrutus, omniumque ſenſuum uſu deſtitutus, die decima tertia Januarii anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſexto Romæ deceſſit, ſepultus in Eccleſia de Ara Cæli in tumulo familiæ ſuæ gentilitio.

§. LII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1721.

§. LII.

Joannis Dominici Paracciani Cardinalis extrema.

Hujus veſtigia pari mortis neceſſitate preſſit Joannes Dominicus Paracianus Romæ nobilibus ortus Parentibus, a quibus piam, liberalemque educationem hauſit. Ut vividi erat ingenii, patiensque laboris, mature admodum ad humaniora literarum ſtudia ſic acceſſit, ut nondum adoleſcentiam egreſſus, jamjam ſeveriorum artium cognitione dives, a Clemente X. inter Præſules Romanæ Curiæ adſcriberetur. Nondum meritis congruum erat hoc honoris præmium; unde cum Jurisprudentiæ fama inclareſceret, paulopoſt utriusque *ſignaturæ*, ut vocant referendarius, Urbisque Beneventanæ Præſes renuntiatus eſt. Hunc magiſtratum tanta prudentiæ ac integritatis laude geſſerat, ut propterea honorifice Romam revocatus, inter Præſules ſacræ Conſultationis & Signaturæ Juſtitiæ ſuffragium ferret: Exin per varios gradus ad plura alia Eccleſiæ munia ſtrenue obeunda diſpoſitus, præprimis a Cardinale Barberino in Archipresbyterum Baſilicæ Vaticanæ, ſuumque Vicarium ac Judicem electus, ejusdem Cardinalis nomine

Guarnac. vit. Card. t. 1. p. 102. Vit. Card. t. 1. p. 276.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

mine præfuit comitiis in Cænobio S. Eusebii a Monachis Cælestinis celebratis, eosque privatis contentionibus sciſſos ad concordiam reduxit, pluribusque aliis piis locis Rector datus, pietatem, atque eximiam vigilantiam exhibuit. Tot meritorum suffragio ad regendas urbes Maceratensem, Firmanam & Albanensem selectus, a Clemente XI. Assessor Pontificius renuntiabatur, quo munere per sexennium functus, graviſſimas cauſſas diſcuſſit, decidit. Demum Romana Purpura decoratus, totum sese, suamque profundissimam Juris cognitionem in Ecclesiæ Sedisque Apostolicæ utilitatem impendit. Obibat insuper munus *magni*, ut vocant, *Pœnitentiarii*, ejusque operâ utebatur Pontifex pro recuperanda Comaclensi Urbe. Attamen Paracciani ad populos pastorali sollicitudine regendos vocatus, Ecclesiæ Senogalliensis Episcopus admovetur. Infixam animo religionem colens, ut ea in suo etiam Clero ac grege altas ageret radices unice intentus, integerrimis moribus & doctrina præstantes Viros regiminis Ecclesiarum præfecit, ac temporali etiam, ut Patrem decebat, populi saluti consuleus, illum summa annonæ caritate laborantem liberali manu sublevavit. Eosdem populos Adriatico mari adja-

adjacentes, proin crebris Turcarum, aliorumque Piratarum excursionibus expositos, implorato Pontificis auxilio, servavit incolumes, ac quadraginta Cives Senogallienses in miseram Barbarorum servitutem abstractos potissimum ære suo citissime redemit. Inde vero Romam revocatus, in Vicarium Urbis & Orbis nominatus, duarumque Congregationum Præfectura honoratus, in aliis decem ejusmodi Patrum Cætibus, quibus accensitus erat, nihil ad summam diligentiam desiderandum reliquit, sed semper usque ad obitum suum singulari fidelitate, prudentia, ac dexteritate eminuit: unde merito ab omnibus supremo dignissimus Pontificatu celebratus, absdubio ad prima conscendisset subsellia, nisi in medio meritorum cursu ipsoque Pontificii regiminis interregno intempestiva mors eidem vitæ filum abscidisset: imminutis enim sensim viribus, sacris ex comitiis Medicorum consilio ad Palatium suum deductus, die octava Maij, qua Innocentius XIII. eligebatur, tali mentis affectu, qui tam præclarum Ecclesiæ Præsulem decebat, spiritum Deo reddidit, completis septuaginta quatuor ætatis suæ annis. Corpus ejus magnifico funeris apparatu ad Ecclesiam sancti Rochi translatum in Sacello ejus gentilitio conditum est.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Erat in aliorum consuetudine planæ affabilis, præstanti virtute atque integritate ornatus, eximius justitiæ cultor, meritorum suorum parcissimus æstimator, ab omni fastu honorisque ambitione alieniissimus, in rebus tam publicis quam Ecclesiasticis longe versatissimus, atque eruditionis ubertate nemini secundus.

§. LIII.

Franciscus de Mailly Cardinalis mortuus.

Dorsan. Journ. t. 2. pag. 404. Vit. Franc. de Mailly.

Tertius ex Purpuratis hoc anno denatis erat Franciscus de Mailly natione Gallus, de cujus immoto Religionis studio jam sæpius mentionem fecimus. Parentes habuit generis nobilitate, ac virtutum decore conspicuos, Ludovicum Marchionem de Mailly & Joannem Marchionissam de Nesle. Horum stimulis adactus, magis tamen propria ingenii felicitate, studendi ardore, & egregia fretus indole, studiis literarum impense incubuit, suorumque Præceptorum solertiam præcoci discendi aviditate prævertens, in Sorbonica Domo Doctoratus Lauream consecutus est, omni literarum cultu & ornamentis indies crescens. Unde haud mirum, quod juve-

nis

nis adhuc a Ludovico XIV. æquissimo meritorum Judice ab Eleemosynis, dein Abbas Masciacensis & Flavignianus, & quarto post anno Archiepiscopus Arelatensis nominatus sit, a qua tamen Ecclesia ad Rhemensem translatus, Hugonotis ac Jansenistis bellum indixit, duraque & præfricta fronte errores propugnantibus invictum pectus, ac puræ fidei scutum opponere cæpit. Cum autem sacræ Romanæ Ecclesiæ Legatus natus, Galliæ Belgicæ Primas, primusque Franciæ Par esset, in Cleri Gallicani comitiis Præsidem egit, & in Regio Senatu inter primos locum tenuit. Hac dignitatum auctoritate nonnisi ad promovendum Ecclesiasticæ disciplinæ studium, & conservandam fidei Catholicæ puritatem utebatur, ac propterea suum Clerum populumque binis Instructionibus Pastoralibus a grassante errorum pestilentia præservare, dormitantes e somno mortis Divini Verbi clamoribus excitare, & pertinacibus Ecclesiæ pœnas infligere non desistit: Uti vero Sectariorum pertinacia correctionis impatiens est, & populi levitas pravo Ecclesiasticorum rebellium exemplo suffulta facile in publicas indignationes & tumultus degenerat, ita Rhemensium civium non pauci eo audaciæ ac temeritatis devenere, ut Pasto-

Sæc. XVIII. A.C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721. Pastoris sui edicta publice coram ejus Palatio dilacerarent, pedibus conculcarent, ruptoque debitæ reverentiæ fræno Archiepiscopum atrocibus convitiis lacessere non erubescerent. Auctâ contradicendi ardore Rhemensis quoque Universitas, omnesque ejusdem Doctores (unico excepto) appellantibus Episcopis adhæsere, ac publice doctrinas Sedis Apostolicæ auctoritati injurias propugnarunt: Tumultuabatur etiam adversus Archiepiscopi edicta Parlamentum & Parisiensis Universitas. Nec tamen crebris injuriis, minis, contumeliis, aut temporalium jactura Apostolica Ejusdem constantia frangi, Religionis studium imminui poterat: his omnibus potiorem habuit fidei integritatem, Sedisque Apostolicæ honorem auctoritatemque: quocirca Romanus Pontifex tam intrepidum fidei pugilem crebris literis solatus illum, ut commissum sibi gregem indefessa vigilantia custodiret, errantesque oves ad ovile Christi immoto studio revocaret, identidem hortatus est, & tandem in fortitudinis præmium illum motu proprio inter Purpuratos recensuit. Igitur Archiepiscopus Parisios profectus, obtenti honoris nuntium Regi attulit, ab eodemque Biretum Cardinalitium recepit: Inde Rhemos reversus, sui Cleri, populi-

populique animos repentina mutatione ad publicas festivasque acclamationes effusos reperit; cum enim rara morum probitate, & vitæ exemplo cunctis semper præluxisset, omnique ratione se sincerum, non fucatum veritatis Defensorem exhibuisset, aliunde vero probata virtus etiam ab hostibus licet invitis, magni habeatur, hinc ferme omnes hunc Cardinalem, dum solemni pompa Urbem ingrediebatur, publicis laudibus ac encomiis celebrabant, solique illi ejus meritis obloquebantur, & criminationibus tacitis eum obruebant, qui eidem parem rependere gratiam, arduum, debere, turpe credebant. Extincto Clemente XI. Franciscus Cardinalis ad Sacra comitia Romam proficisci parabat, jamque a Rege quinquaginta librarum millia pro itineris expensis receperat, ast die decima quinta Augusti inopino obruebatur morbo, quo tamen contempto eadem die in Ecclesia Cathedrali sacris operari voluit, jussuque Regis cunctos, qui vel olim appellarunt, vel suas appellationes innovarunt, ex Templo excedere jussit: sumpto demum prandio suam curaturus valetudinem, ad Abbatiam S. Theodorici prope Rhemos secessit: die autem quinta Septembris violenta oppressus apoplexia diu sensuum usu destitutus,

Sæc.XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

tutus decubuit, tandem vero sibi re- ditus, atque Ecclesiæ Sacramentis ri munitus, die decima tertia ejusden Mensis Apostolici laboris mercedem i cælis recepturus, obiit, sepultus in E cleſia ſua Metropolitana. Succeſſer eidem in Archiepiſcopatu Armandu Julius de Rohan Guimené.

§. LIV.

Principes, atque Illuſtres hoc ann defuncti.

Hiſt. Univ. Period. II. c. 4. p. 723.

Inter Principes hoc anno denatos re cenſentur ſequentes, Ludovica De niæ Regina nata Duciſſa Megalopol tano-Guſtravienſis, quæ anno ætatis ſuæ quinquageſimo quarto naturæ de bitum ſolvit. Die vigeſima quarta e jusdem Menſis Michael S. R. J. Prin ceps Eſterhaſius de Galantha &c. an nos natus quadraginta novem, quem morte ſubſequebatur Joſephus Eſter haſius pro pace Hungariæ Regno red denda ſemper occupatiſſimus. Die decima quarta Martii Dux Buchingha mius Anglus, qui hoc epitaphium ſuo tumulo inſcribi juſſit: *Pro Rege ſæpe, pro Republica ſemper, Dubius, non impro bus vixi. Incertus nec perturbatus morior, Chriſtum adveneror, in Deo confido æter no, ac omnipotente. Ens Entium miſe-*

rere

rere mei! Hæc inſcriptio ſeu fidei confeſſio Chriſtiano Viro indigna tantopere Anglis diſplicuit, ut eam ad perpetuam Anglici nominis offenſionem omnium oculis exponere cunctarentur, veriti, ne inde confirmarentur non pauci in ea opinione, qua Angliæ Proceres de religione parum ſolliciti eam potius ad privati commodi rationes, quam Chriſtianæ fidei regulas dimetiri creduntur: Die decima Maij anno ætatis ſeptuageſimo quarto mortalis vitæ curſum conſummavit Chriſtianus Guilielmus S.R.J. Princeps de Schwarzburg, cui ſucceſſit ejus Filius Güntherus; die decima ſeptima Junii Philippus Haſſo-Caſſellanus Landgravius, qui apoplexia tactus in thermis Aquisgranenſibus deceſſit. In Polonia Menſe Auguſto Stanislaus Szembeck Regni Primas, cui Epiſcopus Warmienſis nomine Potockius ſucceſſit: eodem tempore ſuo Primati Epiſcopus Culmenſis ad æternitatis iter ſocium ſeſe adjunxit. Die nona Septembris Eliſabetha Dorothea Haſſo-Hamburgenſis Landgravia annos nata quadraginta quinque in puerperio deceſſit: die duodecima ejusdem Menſis Pariſiis obiit Margaretha Ludovica Ducis Aurelianenſis Filia, Magni Etruriæ Ducis Cosmi III. Medicæi uxor, Godofredus Mauritius de la Tour Dux Bullionius,

Sæc XVIII. A.C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

lionius, die vigesima prima Septembris Thomas Bonaventura Gherardi Archiepiscopus Florentinus anno ætatis sexagesimo octavo; die quinta Octobris Episcopus Laudunensis, & die nona ejusdem Mensis Daubignius Archiepiscopus Rothomagensis, & Gambanus Episcopus Telesenus, die vigesima septima Octobris mortalitatem exuit Georgius Augustus Princeps Nassovio - Idsteinius anno ætatis quinquagesimo septimo, Viennæ Antonius Florianus Princeps de Liechtenstein, Romæ Princeps Æmilius Altierius, ex fratre Clementis X. Papæ Nepos: Marchionissa de Ruffrano annorum nata septuaginta octo, Maximilianus de Hornich Princeps & Abbas Corbeiæ in Saxonia, cui die decima octava Januarii successit Carolus de Plittersdorf. Coloniæ Mense Decembri obiit septuagenaria Amalia Sophia Comitissa Palatino - Sulzbacensis, Monialis Carmelitana Discalceata. Denique Constantinopoli Amurathes Imperatoris Turcici Filius natu minimus vivis ereptus est, & Petroburgi Princeps Senior Gagerinus Siberiæ Gubernator, qui ex patibulo holosericis nigris vestito in publico foro suspensus periit; Gubernator autem Generalis Ægypti nomine Konzioul Aly Bassa, jussu Imperatoris Ottomanici capite plexus est, cujus tamen

neces

necem Ægyptii viciſſim ulturi, Gubernatorem novum ad ſe Conſtantinopoli miſſum in vincula conjecerant: tandem vero ſedato tumultu Mehemet Baſſa Candiæ Gubernator, huic Provinciæ ſubrogatus eſt. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. LV.

Scriptorum Eccleſiaſticorum mors, & opera.

Scriptorum, qui ſe libris in lucem editis, iisque præclaris poſteritati commendarunt, hocque anno deceſſerunt, memoria certe non eſt oblitteranda, nec delenda: Hos inter primo loco recenſeri meretur Petrus Couſtant Benedictinus ex Congregatione S. Mauri Decanus Abbatiæ S. Germani de Pratis, qui impellente Mabillonio novam operum S. Hilarii Pictavienſis Epiſcopi editionem adornavit, atque eruditiſſima, & prolixa præfatione auxit: Inſuper in editione operum S. Auguſtini doctiſſimam criſin de Ejusdem ſermonibus, aliisque ſuppoſititiis tractatibus adjecit. Poſtquam vero P. Germonius Jeſuita librum P. Mabillonii de *re diplomatica* necnon Regulas, ex quibus ſuppoſititia a veris monumentis diſcerni poſſent, impugnaſſet, Couſtantius in Mabillonii defenſionem edidit vindicias manuſcri-

Holberg. Hiſt. Eccl. t. 4. p. 319. 327. Le Cerf Bibl. des Auth. pag. 62. Dupin Bibl. nouv. t. 18.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

ptorum *Codicum a R. P. Germon impugnatorum*, respondenti autem Germonio oppositi rursus *vindicias veterum Codicum confirmatas*, quibus Germonio os occlusit. Celeberrimum autem Constantii opus sunt Decretales Pontificum epistolæ a Clemente I. usque ad Innocentium III. quibus eruditissimam præfixit dissertationem. II. Franciscus Pagi Ord. FF. Minorum S. Francisci continuavit criticam Antonii Pagii Patrui sui in Annales Baronii; hic enim morte præventus nonnisi primum tomum compleverat. Edidit quoque Franciscus Breviarium Historico-Chronologico-Criticum quatuor voluminibus comprehensum. III. Jacobus Le Long ex Congregatione Patrum Oratorii ad prælum promovit Methodum Hebraicam Patris Renou, Bibliothecam sacram, sive Syllabum omnium fere S. Scripturæ editionum ac versionum, discursum Historicum in præcipuas editiones Bibliorum Polyglottorum, Historiam de dissidio Bonifacii VIII. cum Philippo Pulchro, Bibliothecam Historicam Franciæ, & Epistolam ad Martinum Ultrajectinum Prædicantem circa textum: *Tres sunt, qui testimonium dant* &c. IV. Petrus Daniel Huetius Abrincensis Episcopus Vir longe doctissimus, qui posteritati reliquit editionem

Com-

Commentariorum Origenis in ſacram ſcripturam, libros duos de interpretatione, demonſtrationem Evangelicam, quæſtiones Alnetanas, de concordia fidei & rationis, Huetiana, de ſitu Paradiſi terreſtris, ſtatuta Synodalia pro ſua diæceſi, de navigationibus Salomonis, tractatum de imbecillitate intellectus humani, hiſtoriam commercii & de navigatione veterum, diſſertationes de religione & plura alia. Obiit clariſſimus hic Præſul die vigeſima ſexta Januarii anno ætatis ſuæ nonageſimo primo. Quamvis alii illum omnino centeſimum ætatis annum attigiſſe, perperam ſcribant; certum enim eſt, Huetium die octava Februarii anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primam lucem aſpexiſſe: Ceterum erat hic Præſul morum probitate, comitate, & ſcientiarum amplitudine adeo excellens, ut non modo ad Delphini inſtitutionem unacum Boſſueto Meldenſi Epiſcopo a Galliarum Rege ſeligeretur, ſed & ad informationem junioris Regis Sueciæ, qui Carolo Guſtavo ſucceſſerat, Anno 1660. evocatus fuerit, id quidem Authoribus actorum Litterariorum prorſus ſingulare videtur, eoquod vix credibile ſit, Sereniſſimam Caroli IX. Matrem, Regnique Senatores, ac Tutores Lutheranæ

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

Sæc. XVIII. A. C. 1721.

ranæ sectæ addictissimos Virum etsi o-
teroquin eruditissimum, attamen Ro-
mano Catholicum, Regis studiis atque
institutioni admovere voluisse. Verum
ipsemet Huetius in commentariis de re-
bus ad se pertinentibus Anno 1662. de
seipso hæc scripta reliquit: *Venerat in*
Galliam paucis ante hoc tempus diebus Co-
mes Totius, a Rege Sueciæ missus, qui
Legati munere fungeretur: Capellanum ad-
duxit ille, quem mihi sciebat veteri necessitu-
dine addictum, dixitque habere se in man-
datis a Sueciæ Regni Proceribus, denun-
tiaret mihi, universis illorum suffragiis de-
lectum esse me, cui Regis sui in literis ins-
tuendi cura traderetur: quapropter matu-
randam esse profectionem meam in Sueciam,
quæ cum absenti mihi significare non pos-
(agebam enim tunc in Normannia) rogav-
Capellanum, id ad me confestim perscri-
ret. Nec officio defuit Capellanus. Veni-
ego . . . . oblatum munus modeste rep-
savi. Hæc ille, de cujus fide, & Lega-
Suecici & Capellani sinceritate ha-
dubitare licet. V. Eusebius Rena-
dot Oratorii Presbyter, quem tame-
alii Parisiis jam anno priori decess-
censent: Scripsit hic Historiam Patri-
charum Alexandrinorum Jacobitaru-
Liturgiarum Orientalium collectione-
Veteres relationes de Indiis & Sin-
unacum notis, defensionem libri
pe-

perpetuitate fidei contra Aymonem &c. Sæc. XVIII. A. C. 1721.

§. LVI.

Opera & obitus Scriptorum Acatholicorum.

EX Acatholicis hoc anno mortuis plures celebre inter suos nomen sibi compararunt, & quidem I. Melchior Leydeckerus Calvinista scripsit synopsin controversiarum de fœdere, & Testamento Dei, Analysin Scripturæ, continuationem Historiæ Hornii, Historiam Ecclesiæ Africanæ, Historiam Jansenismi, comment. in Catechismum Heidelbergensem, de Republica Hebræorum, de motis controversiis in Frisia, de mente Pauli in Ep. ad Romanos & Galatas, de caussis salutis, de consiliis Ecclesiæ Romanæ, Demonstrationem Evangelicam & nonnulla alia. II. David Martin edidit expositionem doctrinæ Ecclesiæ Catholicæ, Considerationes generales de religione Christiana, Historiam N. & V. T. sermones in varios textus S. Scripturæ, Excellentiam fidei, tractatum de religione naturali, verum sensum Psalmi CX. Dissertationes in textum: *Tres sunt in cœlo* &c. & in testimonium Josephi, tractatum de religione revelata, responsum ad lite- *Andr. Bibl. Belg. Schwert. Ath. Belg. Niceron. t. 16. p. 34.*

Sæc. XVIII. A. C. 1721

ras Patris Le Long, præter alia opuscula. III. Adam Rechenberg posteris reliquit Appendicem ad libros symbolicos Ecclesiæ Lutheranæ, summarium Historiæ Ecclesiasticæ, Prælectiones Historicas, fundamenta religionis prudentum, dissertationes Historico-Politicas, Exercitationes in N. T. de insana curiositate in Theologia, de aurea Rosa Pontificis, de cura animæ & alia quamplurima. IV. Joannes de Brevil prælo subjecit dialogos circa modernum Religionis statum, & annotationes in Epistolam Pastoralem Archiepiscopi Parisiensis ad neo-conversos suæ Diœcesis. V. Joannes Michael Heineccius publici juris fecit syntagma historicum de veteribus sigillis, Annales Goslarienses, disputationem de Paulo Dialogomeno, de absolutione mortuorum tympanicorum apud Græcos, historiam historiæ, de Jureconsultis Christianis priorum sæculorum, schediasma de colloquiis, iconem Ecclesiæ Græcæ &c. VI. Joannes de Elswich edidit epistolas familiares varii argumenti theologici, de Aristotelis fortuna in Schola Parisiensi & in Scholis Protestantium, de reliquiis Papatus Ecclesiæ Lutheranæ affictis, Dissertationes de Melchisedecho, formulam concordiæ in Dania combustam,

bustam, fanaticorum palinodiam, criticam recentiorum in novum fœdus, & nonnulla alia. VII. Christianus Richardus scripsit Historiam Bibliothecæ Vindobonensis, disputationes de ritibus veterum ex antiquitate Ecclesiastica, de Petri Romam adventu, de censu Augusti, de Roma ante Romulum, & de Pseudo Norberto. VIII. Amandus Fehmel elucubravit dissertationes de catacumbis Romanis, de errorum criteriis circa religionem, de criteriis veræ religioni communibus, de consiliis irenicis, de Constitutione *Unigenitus* &c. IX. Martin de Harlingem scripsit dilucidationem Urim & Thumim, Heroicam Belgarum expeditionem pro reparanda Protestantium in Anglia libertate susceptam &c.

§. LVII.

Innocentii XIII. Pontificis literæ ad Franciæ Regem contra septem Franciæ Episcoporum epistolam.

Epistolam, quam septem Franciæ Præsules ad Papam dederunt, Romæ fuisse proscriptam, jam supra meminimus: cum autem hujus facti indignitas præcipue in loco, ubi prima sua habuit incunabula, publicam deposceret vin-

Vid. supra pag. 177. Lafiteau t. 2. Hist. Const. l. 5. p. 203.

Sæc. XVIII. A. C. 1722

dictam, hinc Innocentius XIII. Pontifex id jam dudum suadente Cardinale Rohanio, die vigesima quarta Martii ad Ludovicum XV. Franciæ Regem literas dedit, in quibus horum Præsulum temeritatem promeritis pœnis castigari petiit. Hanc in rem ad Regem hæc perscripsit:

Charissime in Christo Fili Noster, salutem & Apostolicam benedictionem.

Argentre Collat. Jud. t. 3. p. 476.

„Deus totius consolationis, qui nunquam obliviscitur misereri, sicut Ecclesiis „florentissimi Regni tui diuturno diss„dio laborantibus firmam locavit in tua „pietate præsidium, ita Nobis de omnium salute sollicitis, ac de Dominici „gregis discrimine contristatis, opportunum paravit in eadem tua virtute solatium. Propterea cum primum, eo vocante ad custodiendas vigilias super gregem suum, in hanc „celsam Apostolicæ Sedis speculam „plane immerentes pavidique conscendimus, maximas illi gratias egimus, „quod in Regni tui auspicatissima primordia inciderint Ministerii Nostri & „Apostolicæ servitutis initia. Nihil est „enim vel ad restituendam ac fovendam „Ecclesiarum, Reique publicæ tranquillitatem

„litatem vel ad B. Petri auctoritatem Sæc. XVIII.
„tuendam, vel ad revocandos in viam A. C. 1722.
„pacis errantes, quod non poſſimus
„Nobis a filiali tua erga hanc S. Se-
„dem obſervantia polliceri, præſertim
„cum ad Regium indolem tuam pia &
„præclara Inſtitutio, ac dilectiſſimi in
„Chriſto Filii Noſtri Philippi Aurelia-
„nenſium Ducis, Galliarum Rectoris
„ſapientia ſingularis & eximium Ca-
„tholicæ Religionis ſtudium acceſſerit,
„quæ ſane divino conſilio adverſis hiſce
„ac turbulentis temporibus reſervata
„exiſtimamus, ut Nos quidem ad a-
„gendam Dei cauſſam alacrius ac fi-
„dentius aggrederemur, Tu vero, Fili
„Chariſſime ad Divinam opem incolu-
„mitati ac regimini tuo promerendam,
„Chriſto & Eccleſiæ fœderatas Regni
„primitias conſecrares.„

„Non eſt autem, quod tibi ob oculos
„ponamus; nota ſunt enim Majeſtati
„tuæ mala omnia, quæ in Gallias tuas
„invexit famoſus liber ille gallice im-
„preſſus, ſuper ſeminatis in agro Do-
„mini zizaniis, jam ſatis cognitus, &
„pervulgatus, qui ementita ſubdola-
„que pietatis ſpecie prava dogmata ob-
„trudens, funeſtos iſthic animorum
„motus ac turbas excivit. Neque præ-
„terea obſcurum tibi eſſe poteſt, quam
„ſollicite enixeque inclytæ memoriæ

Sæc XVIII. A. C. 1722.

„Ludovicus XIV. dum viveret, Franco-
„rum Rex Chriſtianiſſimus, Proavus
„tuus, necnon plerique inſignes ejus
„dem Regni Antiſtites curaverint &
„obſecraverint, ut per Apoſtolica Re-
„ſcripta cauſſa ſimul atque error, con
„tentioque finiretur, tum etiam quo
„labores, curas, vigilias contulerit felici
„recordationis Clemens Papa XI. Ab
„teceſſor Noſter, ut per conſtitutionem
„quæ incipit *Unigenitus Dei Filius* d
„ſcordias ſedaret & Catholicam doctr
„nam adverſus errores aut pridem dam
„natos aut noviter adinventos aſſeret
„ac muniret. Et quidem Rex optim
„voti ſui compos fuiſſet, & Gallia co
„nis, parta concordia frueretur, n
„ad ſaluberrimam & ſanctiſſimam Co
„ſtitutionem debita ſubmiſſione ſuſc
„piendam pauci quidam ex Gallican
„Epiſcopis hæſitaſſent. Sed impo
„vida eorum cunctatione factum e
„ut nonnulli diſſidentiæ filii adver
„Dominum & Chriſtum ejus maligna
„tes conſilium, apertiſſimam ejus Co
„ſtitutionis ſententiam ad alienos ſe
„ſus torquere, rejectos errores co
„ſana doctrina confundere, eorump
„cenſuras audaciſſime calumniari n
„dubitarint. Quorum tamen perver
„judicia & mendacia ut revellendo a
„teverteret vigilantiſſimus Pontife
„diſer

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„diſerte in eadem Conſtitutione præſa-
„tus erat, cavendos lupos ovina pelle
„contectos & venena melle reſperſa,
„atque inſtructas ſacrorum etiam ver-
„borum abuſu præſtigias eſſe vitandas,
„nimirum ut omnes intelligerent, non
„laudabiles Patrum ſententias, aut in-
„noxias ſive circa dogmata, ſive circa
„mores ac diſciplinam verſentur, Ca-
„tholicarum ſcholarum opiniones, ſed
„pernicioſiſſimos errores adſcitis illis
„coloribus illitos eſſe proſcriptos. Me-
„rito proinde Calumniantium temeri-
„tatem deteſtatus, poſtquam eorum
„ſaluti omnibus paternæ charitatis &
„auctoritatis argumentis conſulere co-
„natus eſſet, obturantibus illis aures
„ſuas, opportuna ingraveſcenti morbo
„remedia parare, & animadverſiones
„intentare, neceſſario & æquiſſimo ju-
„dicio pro rerum ac temporum condi-
„tione, non prætermiſit.„

„Ac licet ad unitatem reſarciendam
„multa iſthic agitari conſilia inaudiret,
„ſapienter tamen affirmabat & identi-
„dem admonebat, non aliam eſſe veræ
„unitatis integrandæ vel retinendæ
„viam, præter Apoſtolicæ Conſtitutio-
„nis obedientiam non ambiguam & fu-
„catam, non novitate ſuſpectam, ſed
„apertam, ſinceram, ac pro veteri fide-
„lium more demiſſam, qualem univerſa

„Chriſti

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Christi Ecclesia Petro per Clementem
„loquenti præstiterat. Ac salutaria, certe
„laudati Pontificis monita rerum etiam
„eventus comprobavit. Nam illi ipsi,
„qui novam deferendæ aut potius præ-
„tendendæ obedientiæ semitam ineun-
„tes, satis muneri suo fecisse sibi vide-
„bantur, nunquam adduci potuerunt,
„ut quemadmodum res postulabat, &
„fidelium scandala removerent, & vio-
„latam, quam Apostolicæ Sedi debe-
„bant obedientiam ac reverentiam re-
„pararent. Ille vero dum minus ac-
„dientes ad officium vehementius ex-
„citare & adducere pararet, humanis
„rebus exemptus atque ad laborum ac
„virtutum præmium justitiæque coro-
„nam evocatus, hanc partem Nobis
„qui divino Judicio in ejus locum su-
„tionemque, licet impares successimus,
„pro gravissimo Apostolatus munere con-
„ficiendam reliquit, cui certe fine in-
„genti divinæ gloriæ, Christiani po-
„puli, nostræque salutis periculo de-
„esse non possumus.„

„Hæc autem quamquam Majesta-
„tuæ apprime cognita & explorata sunt,
„ordine tamen commemoranda putavi-
„mus, ut post diuturnos Antecessorum
„nostri labores, post tentata paterna
„longanimitatis experimenta, post ad-
„hibita, in omni patientia & doctrina
„

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„arguendi, obsecrandi, & increpandi „remedia, nihil jam supereſſe perſpe„cias, niſi ut ejusdem veſtigiis inhæ„rentes, quo nihil sane potius, & an„tiquius habere debemus, Miniſterium „noſtrum impleamus, in hac graviſ„simi momenti cauſſa, in qua Catho„licæ fidei Eccleſiæque unitas in diſcri„men adducitur, & ſecundum poteſta„tem, quam a Domino in Eccleſiæ „ædificationem accepimus, animarum „periculis occurramus, ac diuturniori „ſilentio noſtro multiplicetur in eis ruina, „& arrogantia eorum, qui oderunt pa„cem, ad nova ſimplicium ſcandala im„punitate invaleſcat. Quo quidem „metu ſolliciti jam operi manum ad„movere & inde rei bene gerendæ ini„tium ducere ſtatueramus, ut re„giæ poteſtatis tuæ ſubſidium implo„raremus atque ad Patrocinium Ec„cleſiæ Matri debitum, & Chriſtianæ „plebi ſalutare, Regem Chriſtianiſſi„mum, avitæ Religionis ac virtutis „hæredem advocaremus.„

„Sed interea, dum Paternas ad „Majeſtatem tuam literas & obteſtatio„nes deſtinaremus, dum ſimul etiam „felicem exitum præſtolaremur earum „rerum, de quibus jam tum ab exor„dio noſtri muneris egeramus cum di„lecto filio noſtro Armando S. R. E. „Car-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Cardinali de Rohano, tunc Romæ com-
„morante, cujus fidem, candorem ac
„prudentiam cum sacra eruditione con-
„junctam, plurimum in Domino com-
„mendavimus, dum eo scilicet consilio
„eaque expectatione tribulationem no-
„stram ac sollicitudinis molestiam susten-
„taremus, super dolorem vulnerum
„nostrorum vulnus addiderunt operarii
„iniquitatis, quorum audaciam & in-
„solentiam ultra omnem modum exu-
„pisse deprehendimus. Enim vero non
„sine gravi animi horrore delatæ sunt
„in manus nostras Gallicanorum quo-
„rumdam Episcoporum schismatice
„prorsus literæ, in felle amaritudinis,
„subscriptis etiam Auctorum nominibus
„exaratæ, in quibus Antecessoris nostri
„fama & memoria sempiternis laudibus
„digna proscinditur, Apostolica Con-
„stitutio calumniose traducitur, utra-
„que potestas impudenter contemnitur,
„atque hæretico spiritu divina omnia
„& humana miscentur. Quarum pe-
„stifera labes, ut latius diffunderetur,
„typis excusas in vulgus etiam spargere
„ausi sunt; ac ne quid ad execrandæ
„temeritatis argumentum & cumulum
„deesset, auctoritatem nostram in par-
„tem ac præsidium suæ perversitatis vo-
„care non erubuerunt, quasi integrum es-
„set Apostolicam reformare doctrinam &
„fidem,

„fidem, quam tota Christi Ecclesia Pe- Sæc. XVIII.
„tri præconio edocta, firmissime profi- A. C. 1722.
„tetur. Vides igitur Fili charissime,
„quorsum evaserit Canonicæ animad-
„versionis tamdiu dilata districtio &
„Ecclesiasticæ Pacis toties Apostolicæ
„Sedi promissa, imo etiam sæpe osten-
„tata tranquilitas, simul etiam intel-
„ligis, Pastoribus hujusmodi oves Christi
„perdendas potius, quam pascendas
„ulterius permitti non posse. „

„Neque vero sola Pastoralis Nobis
„imposita necessitas urget, ut disrupta
„consolidemus ac depravata convertа-
„mus, sed paternus etiam erga Regni
„tui salutem ac securiratem amor im-
„pellit; veremur enim, ne, cujus re-
„ligio dissipatur, indignatio provoce-
„tur, ac ne scandala, quæ Ecclesiam
„perturbant, divinæ iracundiæ flagella
„in tuum populum congregent. Maje-
„stati autem tuæ inquietorum hominum
„correctio & emendatio eo etiam ma-
„gis optanda, & per legitimos sacro-
„rum Canonum tramites adjuvanda est,
„quod turbulenta consilia sua satis pro-
„dant, dum factiosorum numerum exa-
„gerant & jactant. Intelligebat profecto
„clarissimæ memoriæ Ludovicus XIV.
„Proavus tuus, quam infensi essent pu-
„blicæ pacis hostes, qui Apostolicæ
„auctoritatis jugum excussissent, cum
„supre-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„ſupremis votis, morte imminente Re-
„gnum tibi traditurus, unitatem tue-
„dam, & abolenda Religionis diſſidia
„commendavit. Quod igitur patroci-
„nium Dei cauſſa & Eccleſia jura de-
„poſcunt, quod Regni tui non contem-
„nenda pericula flagitant, quod Majo-
„rum tuorum pia exempla requirunt,
„hoc a Te paternis vocibus poſtula-
„mus. „

„Præliare Fili chariſſime, juncti
„Nobiscum ſtudiis, prælia Domini
„& eos, qui multiplici pertinaciæ
„gnificatione elongaverunt ſe a Nobis
„tuæ etiam poteſtatis brachio compel-
„intrare, ne aut ipſi extra Arcam pe-
„eant, regnante diluvio, aut alios in
„obedientiæ & erroris contagione co-
„rumpant. Regni tui felicitatem
„hoc triumpho, ſacroſanctæ Re-
„gionis & Chriſtianæ pacis auſpicare
„Chriſti cultu creverunt Francorum
„pes & vires ſibi fœdere ſociatas pro-
„vexit Deus. Tibi quoque hoc fœder
„firmandæ ſunt, ut ſit Dominus exe-
„rcituum protector tuus. Induere igi-
„tur fortitudine tua ad diſſipandas gen-
„tes, quæ bella volunt & ad huma-
„liandos calumniatores, qui vias De-
„mini rectas ſubvertunt. Audi Fi
„Chariſſime, diſciplinam Patris tui &
„ne dimittas legem Matris tuæ,

„ac

„addatur gratia capiti tuo, & acci- Sæc. XVIII.
„pias Regnum decoris & diadema spe- A.C. 1722.
„ciei de manu Domini. Hæc autem
„ab eo, per quem Reges regnant, Tibi
„ex animo precantes, dum fructus tua
„sapientia dignos ad lætitiam & coro-
„nam nostræ senectutis expectamus,
„Majestati tuæ Apostolicam benedictio-
„nem amantissime impertimur.„

§. LVIII.

Ejusdem summi Pontificis epistola ad Aurelianensem Ducem eadem in caussa.

Præterea Innocentius XIII. Papa eandem caussam Philippo Aurelianensium Duci impense commendabat, datis ad Eundem hisce literis: *Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 481. Dorsann. Journ. t. 2. pag. 128.*

„Sollicitudo omnium Ecclesiarum,
„quam superni dispensatione consilii
„gerimus, urget Nos, ut turbatis Gal-
„liarum Ecclesiis propter eos, qui pro-
„ferunt mendacia, & seminant inter
„fratres discordias, opem paternæ di-
„lectionis & Apostolicæ Providentiæ of-
„ficium impendamus.„

„Ut autem opportunius atque uti-
„lius has pastorolis muneris partes ex-
„pleremus, post susas ad Deum preces,
„qui pacem diligit & veritatem, Regiæ
„potestatis subsidium ad avertenda tam

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Religionis quam Regni pericula dum-
„mus advocandum. Propterea pe-
„ternas literas ad chariſſimum in Chriſto
„Filium noſtrum Ludovicum XV. Fran-
„corum Regem Chriſtianiſſimum dedi-
„mus hortantes & obſecrantes: ut fœ-
„lutari fœdere ſociatas conatibus no-
„ſtris poteſtatis ſuæ vires accommo-
„det, atque ad omnem diſcordiæ ſo-
„mitem reſtinquendum ſtudiis & votis
„noſtris obſecundet. Proſperos autem
„ſucceſſus noſtræ ſollicitudinis a tua
„potiſſimum ſapientia atque egregia
„erga rem Catholicam & publicam vo-
„luntate expectamus. Tibi igitur de-
„lectiſſime in Chriſto Fili noſter, qui
„cogitationes & curas tuas, pio ſane
„& laudabili conſilio ad componendi
„diſſidia, pacemque reſtituendam hacte-
„nus intendiſti, optatum laboris noſtri
„exitum commendamus. Quanta ſit
„inobedientium pertinacia, quibus ac-
„tibus operæ tuæ fructum perdiderit,
„quam inſolenter in dies invaleſcat,
„& quantum in diſcrimen unitas Ec-
„cleſiæ adducta ſit, ipſe præ ceteris
„noſti, cum ex plurimis antea argu-
„mentis, tum maxime ex noviſſimis
„quorumdam Epiſcoporum literis ſchiſ-
„maticis prorſus & hæretico ſpiritu
„plenis, quæ tibi non moleſtæ accidere
„non potuerunt. Enitere igitur pro
„tua

„tua eximia in Nos & hanc S. Sedem „obſervantia, a qua majora ſemper ſpe- „ramus, ut regia poteſtate ſuffragante, „in Apoſtolicæ auctoritatis reverentia „ſint iſthic fratres unanimes, nec in „deferenda eidem ſincera obedientia „novitas ulla ſubrepat, quæ proculdu- „bio aditum perpetuis diſſenſionibus „aperiret, paci vero & concordiæ re- „parandæ prorſus occluderet. Erit „proinde prudentiæ ac virtutis tuæ, „cui plurimum confidimus, ut Rex „Chriſtianiſſimus, præſidium ſanæ do- „ctrinæ ferat, & graviſſimæ cauſſæ Pa- „trocinium ſuſcipiat, tam ad divini „Nominis gloriam, quam ad regiminis „ſui tranquilitatem, pro ſui enim Re- „gni ſalute geritur, quidquid pro quiete „Eccleſiæ vel ſanctæ Religionis reve- „rentia laboratur. Ac Tibi Dilectiſſi- „me in Chriſto Fili Noſter Apoſtolicam „Benedictionem peramanter imperti- „mur. „

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

§. LIX.

Septem horum Præſulum epiſtola Regii Senatus decreto confixa.

Nec ſuo ſucceſſu caruit ſummi Pontificis ſollicitudo; cum enim Quesneliſtæ ad tantam prolapſi eſſent temeritatem, ut neo-electum Pontificem

Sæc. XVIII. A. C. 1722. eorum factioni favere, eumque sui Pre-
decessoris severitatem, ipsamque ejus
Constitutionem reprobare, in vulgus
spargerent, hocque mendacium publi-
cis Hollandiæ novellis inseri procurarent.
Ludovicus XV. Franciæ Rex, ut hoc
Nugatores de falsitate convinceret, ni-
peram Pontificis epistolam publici juris
fieri præcepit, ac ne id sine diferto Re-
gis mandato factum crederetur, ac
supradicta epistola depravari posset,
illam in Regia typographia imprimi
præcepit. Enimvero septem hi Epi-
scopi majore, quam par erat, animosi-
tate desuper querebantur, postulantes
ut ipsemet Rex hanc causſam exactius
discuteret: attamen Rex Episcoporum
literas rursus Regio Senatui examinan-
das tradidit, ac die decima nona Apri-
lis in ejusdem Curiæ decreto illas om-
nino tam Sacerdotio quam Imperio in-
jurioſas esse declaravit, & quidem Sa-
cerdotio, eoquod Constitutionem jam
dudum ab Ecclesia receptam pro fal-
& obreptitia habere, ejus abolitionem
postulare, illamque velut erroribus re-
fertam traducere, atque universum
Episcoporum Ordinem multis injuri-
afficere, defuncti Pontificis honores
lacessere, ac denique librum a Sacra
& profana potestate legitime profec-
ptum vindicare ausi fuissent: Ipsi etiam
Regu-

Regno his literis summam injuriam irrogari declarabat Rex, eoquod Regias declarationes manifesto transgressi, animos ad seditionem concitare, Gallicanam Ecclesiam velut sub Monarchæ sui jugo gementem exhibere, novum Corpus in Episcopatu erigere, & demum clandestinas molitiones aggredi, & pessumdatis legibus in Regno immota fide observatis exterorum Principum patrocinia sollicitare præsumpsissent. Eas ob causas Rex horum Præsulum epistolam velut temerariam, defuncti Pontificis memoriæ, sacræ Sedi, Episcopis, & Gallicanæ Ecclesiæ injuriosam, stabilitæ paci & declarationibus anno hujus sæculi decimo quarto & vigesimo editis, & apud omnes Regni Curias receptis contrariam, seditiosam, & ad seditiones tendentem, necnon Regiæ auctoritati inimicam damnavit. Sæc. XVIII. A.C. 1722.

Attamen iidem hi Episcopi hoc Regii Senatus decretum flocci habentes, literis ad Regem Mense Julio datis cunctos laudati decreti articulos impugnare tentarunt, suamque lucubrationem typis edere minime veriti sunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

§. LX.

Cardinalis de Biſſy Inſtructio Paſtoralis contra horum Præſulum auſus.

Dorſann. Journ. t. 2. pag. 135.

Ut igitur Pontificiæ Conſtitutionis quam ſeptem hi Epiſcopi depra- mere nitebantur, vindicaretur autho- ritas, Cardinalis de Biſſy die decima ſeptima Junii Paſtoralem edidit Inſtruc- ctionem, in cujus prima parte præ- puas haſce quinque veritates ſtabilivit. I. Laudatam Conſtitutionem eſſe Ca- nonicam, atque in omnibus articulis orthodoxam. II. Eam nec æquivo- cam nec ambiguam eſſe. III. Certiſſi- mum eſſe Univerſalis Eccleſiæ judi- cium. IV. Illud eſſe dogmaticum. V. Quemvis ſub graviſſimis cenſuris obſtrictum eſſe, ut eidem corde & ani- mo ſubſcribat. In altera ejusdem In- ſtructionis parte Cardinalis demonſtra- tum ibat, quod præter ſummum Pon- tificem, atque Epiſcopos nemini *judi- dice*, atque in *prima inſtantia* declarandi jus competat, utrum aliqua deciſio fit vel non ſit ab Eccleſia; minus ejus- modi jus Parlamentis, prout perpe- ram tamen prætenditur, conveniat: id enim omnino ridiculum fore & ma- niſeſtas involvere contradictiones, de- mon-

monſtratum erat in ſupradicta Inſtructione. Insuper idem Cardinalis duos juſtæ molis libros edidit, quibus præfatam Conſtitutionem illuſtravit; Vix hæc inſtructio Menſe Septembri publicam aſpexerat lucem, cum illico ea apud Regium Procuratorem Menſe Novembri ab Appellantibus denuntiaretur; querebantur enim, I. Pontificias literas, quæ incipiunt, *Paſtoralis Officii*, in ea honorifice allegari, cum tamen illæ a Parlamentis tanquam *abuſivæ* fuiſſent ſuppreſſæ. II. In calce hujus Inſtructionis referri Præſulum exterorum literas, in quibus tamen plura in favorem infallibilitatis Pontificiæ, & ſuperioritatis ſupra Concilia continerentur. III. Parlamenti modificationes vocari *exiſtimatas limitationes & reſtrictiones*. IV. Stabiliri hanc doctrinam, ſcilicet, Dogmaticas Pontificum Bullas nec a Rege, nec ab ejus Miniſtris, antequam in Regno promulgentur, examinari poſſe. Igitur Regii juris Cognitores in ſupremi Præſidis ædibus conveniunt, tam Inſtructionem, quam denuntiationis literas examinaturi. Referunt, plura in inſtructione contineri, libertatibus Gallicanis adverſa, & præcipue in ea Regi ejusque Miniſtris de nullitate matrimoniorum cognoſcendi facultatem denegari: Ve-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

rum Armenonvilleus Regii Sigilli Co- stos opponebat, Cardinalis doctrinam Regni legibus non esse contrariam. Cardinalis quoque Du Bois violentos Cognitorum motus indignatus, exclamabat: *Ergone vos ad quatuor Parisini Urbis angulos & per totum Regnum flammas subjicere molimini.* Ad hos clamores expergefactus Aurelianensis Dux rem tanti momenti, ajebat, maturiori consilio esse expendendam, ac potius pacem in Ecclesia esse fovendam, quam tamen præceps Parlamenti decretum everteret, proin servandum esse silentium. His tamen monitis Cognitores haud mitiores facti respondebant, pacem ipsa hac Cardinalis instructione turbari; Paulopost alia prodibat denuntiatio, quam sub *Consultationis* nomine a quodam Advocato Burdigalensi lectam fuisse fingebant: Famoso hoc libello freti Pucellus & Menguius, apud Præsidem importunius instabant, ut Cardinalis Instructionem publico decreto supprimi curaret: Horum tamen intemperiem coercebat Aurelianensis Dux, minitatus, eos carceri mancipandos esse, ni subito quiescerent: nihilominus Præses Duci exponebat, se fidelitate Regi debita, Zelo ergo libertates Ecclesiæ Gallicanæ, & proprii honoris lege prohiberi, ne

silentium servarent, proin se a Cardinale pœnas judicio prosecuturos, sique in carceres ire juberentur, obtemperaturos quidem, posteris tamen, imo & universo Orbi declaraturos, quod ex Regis mandato Gallici Episcopi, qui Regni jura violavit, instructionem damnare prohibiti fuissent. Demum vero post acres utrinque concertationes Dux Regiis Cognitoribus significabat, Regem velle, ut Parlamentum ab hujus causſæ judicio abstineret, utpote quam Rex ad Regium suum Senatum evocasset. Enimvero Rex ad Cardinalis Bissy preces nominabat quatuor Commissarios, duos Ecclesiasticos & totidem Laicos, nempe Rohanium Cardinalem, Martinum de Ratabon Episcopum Vivariensem, Armenonvilleum, & Pelletierum Defforts. Hi rem maturius ponderaturi, in Rohanii Palatio convenerant, ac demum tam Instructione quam denuntiatione exactius discussa Regi declararunt, quod illa nequaquam Regni legibus, aut Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus sit contraria, hæc autem æque ac Consultatio nil nisi falsitates, calumnias atque impostura continent: Eapropter Rex die vigesima tertia Maij edictum promulgabat, quo declaratum, quod Bissyus Cardinalis in sua Instructione doctrinas Regni juribus & Ec-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

cleſiæ libertatibus oppido conſonas amplectatur, denuntiatio vero & Conſultatio ſint *libelli famoſi, calumniis, falſisque declamationibus ſcatentes, temerarii, ſcandaloſi, Cardinali Biſſyo, ſacræ Sedi & Ordini Epiſcopali injurioſi, ſeditioſi, ad rebellionem tendentes, bonisque moribus contrarii.* Huic decreto Parlamenti Senatores omni non contentione modo, ſed violenta etiam audacia repugnabant, aſt vanæ erant & ſine viribus illorum iræ.

§. LXI.

Eadem hæc Inſtructio circa Pontificum decreta ab ipſomet hoc Cardinale vindicata.

Inſtruct. Paſt. Card. de Biſſy pag. 292. Van-Eſpen de Prom. Part. III. c. 1. §. 1.

Inter alia, quibus Quesneliſtæ Cardinalis Biſſy Inſtructionem impugnaverant, magis bilem huic Eminentiſſimo moverat, quod hi ad evertendam Pontificiarum Conſtitutionum ac decretorum auctoritatem opponere auſi eſſent doctrinam Zegeri Bernardi Van-Eſpen, qui in ſuo tractatu de Promulgatione legum Eccleſiaſticarum docuit, *quod decreta quædam, quia nullum fidei dogma, tanquam a Deo revelatum proponunt aut definiunt, proprie dici non poſſint decreta dogmatica ſeu decreta fidei nulli mutationi aut varietati obnoxia, ſed inter decreta*

creta disciplinæ referenda sint, quæ pro temporum, locorum ac Personarum conditione ad conservandam fidei integritatem & puritatem possint esse convenientia, vel non convenientia, atque ita tanquam decreta disciplinæ mutationi obnoxia.

Hanc igitur doctrinam solidius impugnandam censuit Cardinalis his verbis: „Quis audiens Espenium hic laudari, non protinus eum pro quopiam „primæ classis antiquo Theologo accipiet, cujus sententia venerabilem „habeat in Ecclesia authoritatem? Et „tamen Espenius ille non est nisi juris „peritus, principiorum sanæ Doctrinæ „parum gnarus, quem factioni Ecclesiam hodie turbanti mordicus adhæsisse nemo ignorat. Liber adeo ipse, „qui nobis hic objicitur, anno primum 1712. in lucem prodiit, eo utique consilio, ut Constitutionem *Unigenitus*, quam tum Romæ cudi sciebat Author, in antecessum infirmaret. E quibusdam hujus Tractatus „principiis tas erit cernere, cujus ponderis debeat esse ipsius in re præsenti „Testimonium.

„In hoc Tract. lucubrationum e Novaturientium officina prodeuntium character statim dignoscitur, e studio palpabili, invidiam conflandi summo Pontifici, ejusque authoritatem in contemptum

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„temptum adducendi. Loquens de „modo, quo librorum examen & cen„sura Romæ peragitur p. 4. c. 1. §. 1. „pag. 22. asserit, *fere semper absente & inscio Pontifice illam peragi, & raro Cardinalem aliquem examinis in partem venire, decerni omnia ex relatione regularium aliquot, vel imperitorum vel opinionibus suæ Scholæ præventorum vel quorum animus præventus sit contra libros, qui potentiores nanciscantur adversarios.* Alibi „(§. 3. ejusdem cap. pag. 23.) Ques„nelli librum tacite designat, excusat„que, dum asserit contingere subinde „posse, *ut liber aliquis in certa Provincia aut Diœcesi a Pastoribus & animarum directoribus tanquam ejus, & institutioni populi conveniens fuerit commendatus, & vicissim a populo avide receptus & sine offensione lectus, vel etiam a viris spectatæ doctrinæ, & magnæ apud populum authoritatis probatus, & ut libri illius prohibitio in tali loco non conveniret, etiamsi liber ille revera quidem obscuriores quasdam contineat expressiones, aut etiam levioris aliquos errores, ita ut ex ejus lectione aliquod erroris periculum imminere possit. . . Sed si periculum ex hujusmodi obscurioribus expressionibus aut levioribus erroribus populo imminens conferatur cum scandalo, quod ob particulares circumstantias concurrentes ex ejus libri prohibitione in tali loco immi-*

imminet, fieri posse, ut periculum ex lectione illius libri imminens nullatenus æquiparari queat scandalo ex prohibitione ejusdem orituro. Facile enim contingeret, ut ob libri hujusmodi prohibitionem populus de Pastorum, qui librum illum commendarunt, sinceritate vacillare inciperet, atque suspecta habere, quæ de articulis fidei aut morum præceptis a Pastoribus audivit.

„Sed in quinta demum parte animi „sui sensa aperte prodit, dum principia „profert, quæ professionis fidei unitatem „convellunt, universam jurisdictionem „Ecclesiasticam extinguunt, & authori„tatem sæcularem decretorum fidei in „executione imo in ipsa etiam rerum sub„stantia arbitram constituunt. Horum „primum est illud ipsum, quod hic nobis „objicitur. Nullas esse Bullas, sive „decisiones vere dogmaticas, nisi quod „dogma aliquod certum, fixum ac de„terminatum statuant, alias omnes ad „disciplinam solam pertinere, quæ uno „tempore locum habere possint, non „alio. Ad confutandum hoc Princi„pium sufficit observare, illo penitus „enervari damnationes Concilii Con„stantiensis, adversus errores Wicleffi „& Joannis Hussi, Bullas Pii V. & „Gregorii XIII. ac Urbani VIII. contra „Baium & Jansenium, censuras diversis „temporibus publicatas à summis Pon„tificibus & Clero Gallicano, ac nomi„natim

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„natim Censuras 68. Propositionum „Molinosi & 23. e libro, cui titulus: „*Effata Sanctorum* excerptarum, Cen„suras Alexandri VII. & Innocentii XI. „adversus multas propositiones Theo„logiam moralem spectantes. Juxta hu„jus Authoris sententiam hæc omnia „judicia utpote nullum fidei fixæ ac „determinatæ caput definientia solam „disciplinam spectant, adeoque ipso „judice, non haberent locum certis „temporibus, in certis locis, & ratione „certarum personarum. At enim, quam „hujus tam absurdi Principii rationem „affert? nullam. Nisi quod Concilium „Tridentinum ad materias disciplinam „spectantes retulerit. Sed hæc ratio „plane falsa est. Quisquis Sessionem „XVIII. & finem XXV. perlegerit, ex „omnibus, quæ Concilium utrobique „declarat ac statuit, clare perspicit, illud „examen ac censuram librorum spe„ctasse tanquam materiam pertinentem „ad Doctrinam, & ad fidem.„

„Postquam Espenius Ecclesiæ judi„cia super rebus ad dogmata non præ„cise pertinentibus ita de gradu deje„cit, aggreditur ejusdem authoritatem „circa ipsa adeo judicia, quæ proprie „dogmatica vocat. quibus juxta ipsum „aliquod fidei caput certum determi„natumque statuitur. Declarat enim, „Prin-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Principes velle, ut hæc judicia publi-
„cari, & executioni mandari non poſ-
„ſint, quin prius ab authoritate ſæ-
„culari expenſa fuerint & confirmata,
„& hanc Principum voluntatem ipſe
„ratam habet. *Duntaxat ſuo examini has Bullas ſubjici prætendunt, priusquam in ſuis reſpective Ditionibus & territoriis per modum legis promulgentur, & executioni mandentur.* Part. V. c. 1. § 4.
„pag. 39.

„Ut autem occurrat objectioni:
„Quod hæc doctrina Principes fidei ar-
„bitros conſtituat, diſtinguit Eſpenius,
„fidem internam a profeſſione externa
„dogmatis, & fatetur authoritatem
„ſæcularem non eſſe neceſſariam ad
„fidem internam, & ad hoc, ut fideles
„credere teneantur, ſufficere, ut qua-
„cunque demum via ſufficienter agno-
„ſcant tale dogma eſſe ab Eccleſia de-
„finitum. At profeſſionem externam
„vult Principis publicationem & exe-
„cutionem Bullæ dogmaticæ permit-
„tentis lege decerni.

„Quaproxter Placitum Regium ne-
„quaquam ſpectat ipſum fidei aſſenſum
„præſtandum dogmati, de quo fideli-
„bus ſufficienter conſtat eſſe revelatum
„ſed duntaxat externum illud, quod
„conſiſtit in ipſa dogmatis externa pro-
„feſſione, publicatione & executione
„qui-

Sæc. XVIII. A. C. 1722. „quibus ipsi fideles ad profitendum eo„terius dictum dogma constringuntur. „ibid. c. 2. §. 1. p. 40. Proh! qualis „Theologiæ Magister, docens fide„les dogma aliquod teneri credere, sed „non teneri illud profiteri! inde enim „fiet, ut non sit ultra, in fidei profes„sione uniformitas, nec ea sit religioni „necessaria, contra doctrinam Apostoli „ad Rom. 10. Corde enim creditur ad „justitiam, ore autem confessio fit ad „Salutem.

„Imo, quod amplius est, quasi hunc „Authorem pœnituisset docuisse obliga„tionem interne credendi id, quod Ec„clesia credendum decrevit, eo pro„greditur, ut populum fidelem ab ipsa „credendi obligatione absolvat, donec „Princeps mentem suam declaraverit. *Jure merito*, inquit, *contendunt Princi„pes decreta Romana etiam fidem spectantia ad „examen esse revocanda, & pacito suo re„manda, priusquam populus sibi subditus ad„stringatur.* Ibi. c. 1. §. 4. cap. 40. Certe „obligatio, quæ e Constitutione Dog„matica oritur, solum est ad credeu„dum dogma definitum: atque secun„dum Espenium ante Confirmationem „Principis populus hujusmodi Constitu„tioni obtemperare non tenetur. Prius„quam populus illis adstringatur. Igitur „ante Confirmationem Principis populus „non

„non adstringitur ad credendum dogma „ab illis definitum.

„Per hæc verba, quæ subdit: Aut „ad earum observantiam per Censuras, „aliove modo constringatur, contendit, „ante permissionem supremi Principis „Ecclesiam per Censuras adstringere „non posse fideles ad credendum id, „quod ipsa ad fidem pertinere decla„raverit. Quis unquam talem Eccle„siæ potestatem in dubium revocavit, „& an ea de re ambigi potest, quin „Ecclesiæ adimantur arma sibi a Christo „tradita ad incutiendum sui metum, „& obtinendam obedientiam. Espe„nius longius etiam errata sua super „Ecclesiæ authoritate promovet. Do„cet enim fieri posse, ut formula, mo„dus & verba, quæ ad decretum pure „dogmaticum exprimendum, & popu„lis proponendum adhibentur, non „congruant certis temporibus, certis „locis, certisque nationibus. Tametsi „igitur, inquit decretum aliquod, in „quantum continet ipsum dogma fidei „ab omnibus & ubique recognosci de„beat, fieri tamen potest, ut formula „seu modus, quo proponitur huic po„pulo, vel hoc tempore minime con„veniret, ut proinde vel ex hoc capite „decretum, priusquam publicetur, & „per modum legis populo imponatur,

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„examinari queat, num hoc vel illo
„modo publicari & populo proponi con-
„veniat, p. 5. c. 2. §. 1. pag. 41. Col. 1.
„Hoc principio evidenter erroneo im-
„peditur fidei unitas, quæ nonnisi pro-
„fessionis ejusdem unitate consistere
„potest. At ubinam has formulas fer-
„tiendi, & qua ratione fides diversis
„temporibus & locis proponenda sit
„judicandi authoritatem tribuit? Id
„quod de Pii V. formula a Concilio Pro-
„vinciali Cameracensi promulgata dicit,
„addens Philippum II. Hispaniæ Regem
„ei formulæ substituisse etiam brevio-
„rem, palam ostendit, juxta hunc au-
„thorem Principes posse decretorum
„dogmaticorum formulas attingere,
„illasque immutare & contrahere, ut
„e re subditorum suorum esse ipsis vi-
„sum fuerit. Ex hoc enim exemplo
„sic concludit: *Hinc manifestum est Prin-*
cipem nequaquam existimasse alienum ejus
examinare & decernere, qua forma fidei
professio emitti, & proponi conveniat.
„Ibid. §. 1. pag. 41. Col. 1. Cavet quo-
„dem Espenius verbis statim sequenti-
„bus, ne Princeps hac potestate utens
„in præjudicium dogmatum, quæ ut
„talia ab Ecclesia declarata esse liqueat,
„quidquam immutet. Utque tamen
„nihil in præjudicium articulorum fi-
„dei, quos Ecclesia ut tales declaravit
„con-

„conſtat, immutetur. Sed quid inde „conficitur, niſi quod dum Principibus „de capitibus fidei ſtatuendi negat po„teſtatem, eos arbitros faciat exem„plum & formulam ſtatuendi, quibus „capita illa contineantur.„ Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Denique, ne locus ullus detur di„cendi, totum id, quod ſæculari po„teſtati largitur, duntaxat circa inte„riora, & formam publicationis De„cretorum fidei unice verſari, aliud „principium amplectitur, quo examini „judicioque Principis ipſa horum De„cretorum ſubſtantia ſubjicitur. Nam „ponendo (quæ eſt uſitata Novatorum „querela) his Decretis, utpote obſcu„ris vel æquivocis, augenda potius, „quam extinquenda eſſe diſſidia, toto „capite indicat, Principum eſſe expen„dere, num dogma vocibus propriis „& ſpecificis exponatur. In hoc ſol„licite laborandum, & attendendum, „ut fidei formulæ, ipſaque decreta „dogmatica claris & ſpecificis termi„nis ipſum fidei dogma fidelibus pro„ponat. Adeoque innuit ſpectare ad „Principes, ut periculoſas obſcurita„tes, quæ in expreſſione dogmatis oc„currere poſſunt, animo proſpiciant, „ac tollant. Quod omnium hujusmodi „Decretorum examen & reviſionem „importat, juxta ſignificationem vocis

Sæc. XVIII. A. C. 1722. „revideri, qua utitur in Conclusione. *Quidni igitur etiam hoc titulo Decreta Romana vulgo Dogmatica revideri in Provinciis poterunt, priusquam publicentur aut executioni mandentur, ne subinde eorum suas obscuritates non tam sint apta, ut populum in fide instituant, & in fidei unitate fideles coalescant, quam potius ut majores discussiones, circa quæ credenda sunt, excitentur, & populus super eo, quod credendum est, in partes scindatur.* Ibid. „pag. 41. §. 1.

„Ecce Theologiam Espenii, ecce „viri principia circa potestatem Principum etiam in ipsa fidei Decreta. „Post hæc nonne mirari fas est authoritatem tribui Authori, qui nonnisi „Censuras mereatur.„

Adversus hasce Cardinalis Bissy vindicias sub nomine cujusdam Jurisconsulti Belgæ postea prodiit epistola die vigesima Octobris anno hujus seculi vigesimo quarto, ut præfertur, edita, quæ in supplemento ad variis collectiones Operum Espenii pag. 560. habetur.

§. LXII.

Turbæ occasione Jubilæi promulgati in Galliis exortæ.

Dorsann. l. c. p. 108. Indixerat Innocentius Papa pro imperrando felici Ecclesiæ regimine annum sæcu-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

sæcularis solemnitatem, quam ipsus Romæ in Ecclesia S. Spiritus de Saffia die secunda Junii anni prioris decreta solemni supplicatione inchoaverat. Pontificio hujus Jubilæi diplomate in Franciam delato, Episcopi Gallicani suum Clerum & populum ad salutiferum sacri hujus thesauri usum comparare adlaborabant: Hanc in rem Petrus Sabatier Ambianensis Episcopus Catechismum edidit, in quo inter alia hanc proposuit quæstionem: Utrum *Confessarius illos, qui Constitutionem* Unigenitus, *aut non receperunt, aut ab ea appellarunt, absolvere valeat?* ad hoc dubium sequebatur hæc responsio affirmans, *dummodo pœnitentes declarent, quod eam recipiant, & Superiori, qui illam recipi jussit, significent, se interjectam appellationem revocare.* Insuper hic Episcopus haud obscure insinuabat, priores confessiones apud Sacerdotes vel Appellantes, vel Constitutionem non recipientes depositas esse innovandas, eandemque doctrinam Episcopus in suo mandato inculcabat. Quamprimum Noaillius Cardinalis rem compererat, nulla mora die vigesima quinta Novembris questum ibat ad Cardinalem du Bois, exponens, hos libellos conspirantibus Episcopis vicinis fuisse compositos, timendum ergo esse, ne

Sæc. XVIII. A. C. 1722. Jacobus de Forbin de Jauſon Arelatenſis, necnon Carolus Vintimillia Aquenſis Archiepiſcopi, & Vapicenſis, Graſſenſis, Maſſilienſis, Tolomenſis, aliique in ſuis Diæceſibus pariter Jusmodi mandata divulgaturi eſſent; eo enim fine plusquam quater mille hujus Catechismi exemplia ad varias Diæceſes fuiſſe emiſſa: ſe Jubilæi diploma haud promulgaturum, ſed potius in ſuo mandato declaraturum, quod appellationi ſuæ inhæſurus eſſet, niſi hic Catechismus ſupprimeretur: Cardinalis ne cicatrix per initam concordiam recens obducta refricaretur, annuente Conſilio Eccleſiaſtico, ipſoque Regni Regente cunctos quotquot reperire erat, exempla ſupprimi curavit. Nihilominus quamplurima Abbavillæ divendebantur, inde ad præcipuas Diæceſes impune divulgata: ipſe etiam Epiſcopus Ambianenſis libellum precatorium diſtribuit, in cujus oratione quadam hæc legebantur verba: *Ut diviſione rejecta vero Paſtori Eccleſiæ tuæ ſe uniens, tibi digne valeat famulari:* ſuum etiam mandatum una cum Pontificio Jubilæi diplomate edi, ac majuſculis literis hæc verba imprimi juſſit: *nec hæ præſentes illis ſuffragari poterunt, qui quamvis ſpecialiter non nominati, vel a Nobis, vel Sacra Sede, aut quovis Præſule vel Judice Eccleſiaſtico publi-*

publice tanquam excommunicati fuerunt denuntiati ac declarati . . . nisi intra duas hebdomadas satisfecerint &c. In calce etiam sui mandati Concionatoribus injunxit, ut populum ad Jubilæi gratiam juxta præcepta & doctrinas in minori Catechismo per suum Prædecessorem edito contentas disponerent. Hoc idem mandatum Pater de Vauroy Jesuita in Ambianensi Cathedrali promulgabat, cunctosque huic Instructioni obluctantes rebellionis reos fore declarabat: Ambianense tamen Capitulum præ ceteris reclamabat, obtendens, doctrinam in hoc Catechismo contentam Ecclesiæ Gallicanæ Doctrinis, & Regiæ declarationi, qua silentium fuisset impositum, esse adversam. Ejusdem ferme tenoris Catechismum imprimi jussit Rhemense Capitulum, in quo Appellantes utpote schismaticos atque hæreticos a Jubilæi gratia per Papam excluſos fuisse denuntiabat. Nonnulli quidem questum adibant Vicarios Generales, qui tamen hac in re quicquam sine Regis mandato tentare prohibiti, quædam hujus Catechismi exempla ad Noaillium, Cancellarium, & Procuratorem Regium transmisere: Attamen Aurelianensis Dux tam Ambianensibus quam Rhemensibus Canonicis inhibuit, ne circa hanc causam ulterius judicio contenderent.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A.C. 1722.

derent. Canonicis vero Appellantibus interdixit, ne ſacræ Regis inaugurationi intereſſet, niſi prius ſuam appellationem revocaſſent, aut ſaltem Regiæ declarationi ſeſe ſubjeciſſe comprobarent. Pariter Priori Abbatiæ Rhemenſi vetitum, ne pro Regis unctione Sacram ampulam deferret. E contrario Capitulum Turonenſe, Sede vacante, necnon Antiſſiodorenſis, & Bononienſis Epiſcopi Jubilæum quidem indixerant, in ſuis tamen mandatis inſerebant, quod Pontifex, eoquod ad illos æque ac ceteros Epiſcopos Anni ſæcularis diploma transmiſiſſet, nullatenus illos pro ſchismaticis haberet, proin hæ Pontificis literæ forent in medio turbarum pacis ſymbolum, unionis pignus & felix fauſtumque præſagium, quod tandem diſperſa ſint iterum congregandi. Subdola hæc Pontificiæ mentis interpretatio tantopere Maſſeum Apoſtolicum Nuntium offenderat, ut exclamaret, ergone apud vos Conſtitutionis *Paſtoralis Officii* nulla omnino habetur ratio? Magis ſacræ Sedi obſequioſum ac Jeſuitis propenſum ſeſe exhibebat Arelatenſis Archiepiſcopus, qui die primo Aprilis mandatum promulgabat, in quo declaratum, Appellantibus, niſi ſuas appellationes revocaverint, abſolutionem, ſicut rem alienam reſtituere, ve

inimico

inimico reconciliari aut a proxima pre- Sæc.XVIII.
candi occasione recedere recusantibus, A. C. 1722.
esse denegandam, hanc pertinaciam esse crimen enorme, quod sibi soli reservasset, appellantes vero, si Sacris operantur vel interfunt, judicium sibi manducare & bibere, & excommunicationem incurere, ac denique a Jubilæi gratia excludi omnes, qui suas appellationes non revocaverint, & Constitutionem tanquam immotam fidei, morum & disciplinæ Regulam non receperint. Cum autem hic idem Archiepiscopus hoc mandatum dictatoribus Jesuitis promulgasset, eidem in gratitudinis signum supremus Societatis Præpositus Michael Angelus Tambourinus affiliationis, ut vocant, literas concessit, hujus tenoris:

„Michael Angelus Tambourinus Præ„positus generalis Societatis Jesu il„lustrissimo & Reverendissimo Domino „Jacobo de Forbin de Janson Archiepi„scopo Arelatensi salutem in Domino „sempiternam.„

„Facit illustrissimæ ac Reverendis„simæ vestræ virtus & pietas, & in „societatem nostram benevolentiæ & „merita requirunt, ut quidquid a No„bis mutui obsequii in Domino referri „possit, id ei jure ac merito debitum „esse existimemus. Quamobrem cum

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„noſtrum hunc in illuſtriſſimam ac Re-
„verendiſſimam Dominationem veſtram
„animum nullis aliis rebus quam ſpi-
„ritualibus obſequiis declarare valea-
„mus, pro ea auctoritate quam Domi-
„nus, licet indignis, in hac noſtra ſo-
„cietate conceſſit, illuſtriſſimam ac Re-
„verendiſſimam Dominationem veſtram
„omnium & ſingulorum ſacrificiorum
„orationum, jejuniorum, & reliqua-
„rum denique bonorum operum, a
„piarum tam animæ quam corpori
„exercitationum, quæ per Dei gratiam
„in univerſa ac minima ſocietate fiunt
„participem facimus eorumque plenam
„communicationem ex toto cordis af-
„fectu in Chriſto Jeſu impertimur: I
„Nomine Patris & Filii & Spiritus
„ſancti Amen.

„Inſuper Deum & Patrem Domini
„Noſtri Jeſu Chriſti obſecramus, u
„conceſſionem hanc de cælo ratam &
„firmam habere dignetur; ac de inex-
„hauſto ejusdem Filii ſui meritorum
„theſauro noſtram ipſe inopiam ſuppleat
„Illuſtriſſimam ac Reverendiſſimam Do-
„minationem veſtram omni gratia, &
„benedictione in hac vita cumulet, a
„deinde æternæ tandem gloriæ coro-
„remuneret.

Datum Romæ die 28. Martii Anno
mille-

milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo. Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Michael Angelus Tambourinus.

Antonius Miſer J. C. R. Secretarius.

Has literas tanti habuit Archiepiſcopus, ut illas non modo pretioſæ includeret capſulæ, ſed palam etiam profiteretur, quod eas una, altera vero manu Conſtitutionem *Unigenitus* tenens ſepeliri vellet: Nempe ſancta ſimplicitas non raro in Enthuſiasmum degenerat.

§. LXIII.

Quorumdam Franciæ Epiſcoporum aliorumque Zelus contra Appellantes.

Creſcente indies Conſtitutionem recipientium numero, Franciæ Præſules Regis, ac Regentis auctoritate ſuffulti refractarios ad obedientiam Eccleſiæ decretis debitam revocare, omni virium contentione adlaborabant, & quidem Gratianopolitanus Epiſcopus acceptationis formulam præſcripſit, quam omnes Diæceſis ſuæ Eccleſiaſtici ſignare juſſi ſunt: unde Jeſuitæ, Capuccini, Franciſcani & tempore Jubilæi, & *Dorſann. l. c. p. 122.*

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

& Paſchatis omnibus ſuis pœnitentibus Sacramentalem denegabant abſolutionem, niſi debitam ſpopondiſſent ſubjectionem: Normandus quoque Ebroicenſis, necnon Tavannius Catalaunenſis, San-Albinius Laudanenſis & Lucionenſis Epiſcopi præprimis formulam, qua Janſenii liber damnabatur, *pure & ſimpliciter* ab omnibus ſubſcribi petebant: poſtea Conſtitutionem juxta concordiam Anno 1720. Menſe Martio inter Franciæ Præſules initam acceptari, omnesque appellationes eſſe nullas, nulliusque roboris juxta Regiam declarationem ejusdem anni die quarta Auguſti ab omnibus Parlamentis receptam, & præfatæ Conſtitutionis promulgationem Regiis Ludovici XIV. literis confirmatam declarari præceperunt, refractariis vero concionandi, ac confeſſiones excipiendi facultatem denegarunt. Ad hujus exempli imitationem animabantur ceteri Franciæ Epiſcopi mandato ipſius Regni Regentis, qui omnibus Regni Præſulibus ſignificari juſſit, Regem velle, ut deinceps nullum beneficium conferatur, niſi promovendi prius formulæ contra quinque Janſenii propoſitiones ſimpliciter & pure ſubſcripſerint, Regem enim iniquo tuliſſe animo, quod contra præfatas propoſitiones formulæ ſubſcriptio a qui-

quibusdam hucusque omissa fuisset: Eapropter Laudanensis Episcopus octo Canonicos refractarios a Capitulo, & alii Episcopi Clericos a beneficiis excluserunt. Igitur Quesnelistis Episcopalis ac Regiæ auctoritatis pondere omni ex parte pressis, utriusque Cleri Sacerdotes liberius ungues in ulcera infigere cæperant, ac præprimis quidam Ecclesiasticus nomine de Hotteux, dum Parisiis in Ecclesia S. Ludovici in Insula rem Divinam peragebat, sacram Hostiam manu tenens, vultu ad populum converso dicebat, *juro ac protestor coram Deo, quem in manibus meis teneo, me potius mori velle quam ulli ex illis, qui appellarunt, vel Appellantibus confessi sunt, etsi Pater & Mater mea, Princeps aut ipsemet Rex foret, ad Sacram Synaxin admittere.* Teveninus pariter ejusdem Ecclesiæ Concionator in suo sermone occasione Jubilæi habito ad populum dicebat, quod Constitutioni obluctantes, vel appellantibus confitentes, quamvis Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Doctores, Parochi, &c. forent, Jubilæi gratiam recipere nequeant, nec etiam ad absolutionem sint admittendi, sique confessiones suas tempore Paschali peragant, Ecclesiæ præcepto non satisfaciant: Moderatius egerant Patres sancti Lazari, qui ab Ebroicensi suo Epi-

Sæc.XVIII. A.C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722. Episcopo de Constitutionis æquitate convicti præscriptæ formulæ pure & simpliciter subscripserunt. Cistercienses quoque in suis comitiis congregati annuentibus cunctis pro acceptanda hac Bulla die vigesima septima Aprilis sequens condiderunt statutum:

„Cum anxietates quædam, quæ „in animis quorumdam e nostris ori „contigit occasione *Constitutionis Uni* „*genitus* evanescere omnino debuerint „post explicationes omnium fere „Episcoporum consensu editas, qui „bus falsæ & alienæ a vero sensi „interpretationes amoventur. Nos Ce „pitulum generale constituentes statu „mus ac decernimus, ut sanctæ Sedi „Apostolicæ ac Præsulibus obedientiam „ac reverentiam palam contestemur „*Constitutionem Unigenitus* ab omnibus „nostris Religiosis esse observandam, & „injungamus omnibus Superioribus „Congregationis, ut siquis nostrum „contra dictam Constitutionem, præ „fatas explicationes & Regia edicta „super hoc edita scripto, verbo, vel fa „cto attentare præsumat, in delinquen „tes pro munere secundum statuta Ce „dinis nostri severe animadvertant.„

Insuper PP. Benedictini Congregationis S. Mauri Parisiis pariter in suis comitiis de rejicienda omni appella-

tione

tione agebant, eorumque quinque Abbates Viroduni declarabant, Conſtitutionem in univerſa Germania eſſe receptam, appellationes eſſe ſchismaticas, eosque Religioſos, qui ſuæ appellationi immoriuntur, unacum Eccleſia, quæ illos jamjam excommunicavit, pro excommunicatis haberi. Sæc. XVIII. A. C. 1722.

§. LXIV.

Quarumdam Univerſitatum Gallicanarum oppoſitio.

Sub idem tempus Pater Harivelus Jeſuita Theologiæ Profeſſor in Venetienſi Collegio, abſente Fagonio Epiſcopo, anno priori quasdam propoſitiones, ut creditum, temerarias, laxasque dictabat, atque inter alias, *quod actuum humanorum natura exigat quidem aliquo ſenſu, ne contra Deum fiant, non tamen exigat, ut fiant propter Deum, quia nulla lex jubet omnes & ſingulas actiones noſtras referre ad Deum directe & expreſſe . . . . . Quod ſi voluptas & jucunditas non eſt mala, non eſt nefas in ea conquieſcere. Eſſe peccatum bibere & comedere ob ſolam voluptatem, damnandum non putamus, quia licite poteſt apetitus naturalis ſuis actibus frui* (*). Accuſatione facta *Dorſann. Journ. pag. 112.*

(*) Vide octavam inter LXXV. proſcriptas ab Innocentio XI. propoſitiones.

Sæc. XVIII. A C. 1722.

facta idem Episcopus extractas affec-
tiones ad Fleuryum Forojulienſem Epi-
ſcopum, ac Ludovici XV. Regis Præ-
ceptorem transmiſit, a quo tamen, te
hanc cauſſam tanquam Judex, ſed u
Pater diſcuteret, admonitus, Officia
ſuo negotium dedit, ut hanc in rem
ſine fori ſtrepitu inquireret. Hic vero
utpote Jeſuitis addictiſſimus re infecta
diſceſſit: Epiſcopo tamen cauſſam pro-
ſequi intento, Provincialis Harivel
propoſitiones ex ejus ſcriptis integra
fide extractas eſſe & cenſura dignas fa-
ſus, ultro pollicebatur, ea, quæ
iis offenſioni eſſent, explicanda, &
ab Authore revocanda fore: Verum
hæc ipſa revocatio a quibusdam Doc-
toribus ab Epiſcopo deputatis examina
minime probabatur, quocirca Fag-
nius datis literis Forojulienſi Epiſcop
ſignificabat, quod propoſitionum de-
nuntiatarum cenſuram publicam red-
dere cogeretur, niſi Jeſuitæ congruam
retractationem transmiſſuri eſſent, i
vero ſeſe ſubmittere renuerent, eos
ſacro miniſterio interdicere ſtatuiſſet.
Hoc Epiſcopi conſilium ſummopere di
ſplicuit Jeſuitis, ac paulo poſt in publi-
cis novellis legebatur, hunc Epiſcopum
a veritatis ſemita deviare, & cum Ec-
cleſiæ hoſtibus conſpirare: nihilominus
idem Epiſcopus revocationem, quam ab
ipſis

ipſis deſideraverat, a ſeipſo conceptam P. Provinciali ſubmiſit, petens, ut is ad eam acceptandam, & ſubſcribendam Patrem Harivelum adigeret, ſecus omnes ſuæ Diæceſis Jeſuitas in perpetuum ſacri miniſterii exercitio privaturus, præfatarumque propoſitionum cenſuram ubique divulgaturus eſſet. Hujus palinodiæ typum Venetienſis Vicarius Generalis præſentibus quatuor teſtibus ad Collegii Rectorem & P. Harivelum detulit, hi tamen poſt trium horarum deliberationem ſubſcribere recuſantes, cuncta, quæ contra ipſorum repulſam attentanda forent, nulla declararunt & irrita: nec his contentus P. Harivelus per duos Tabularios reſponſum Epiſcopo obtulit, in quo declarabat, ſe nihil ſine Præpoſiti ſui Generalis conſenſu facere poſſe, & ſi ſuus Provincialis ab ipſo promiſſam palinodiam exigeret, ſe Roma literas, quibus eidem obedire prohiberetur mox procuraturum. Hoc reſponſo irritatus Præſul Harivelum interdicto mulctavit, ceterisque Monialium confeſſiones excipiendi facultatem ademit, eoquod novemdiales preces in duobus Virginum Aſceteriis pro felici hujus cauſſæ exitu ad Deum fundi procuraſſent. Rector tamen majorem adhuc

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Episcopi indignationem veritus, se petitæ retractationi subscripturum pollicebatur; quocirca Venetiensis Episcopus, suadente Forojulienſi a propositionum censura in lucem edenda abstinuit: Id ægre ferebat Nannetensis Facultas Theologica, cujus Doctores quamplurimi perlectis P. Hariveli scriptis ex illis easdem ferme, quas Episcopus, propositiones die secunda & quinta Maij censura dignas extraxerant: Harum proscriptioni obstiterant præcipue Franciscani, iis vero exactius, sæpiusque ad examen vocatis nemo erat, qui earum defensionem in se susciperet: quocirca earum censura in proximis comitiis pronuntiata, & ab omnibus ferme confirmata paulo post typis edi jubebatur. Jamjam potior censuræ pars prelum reliquerat, cum Ecclesiæ Cathedralis Decanus Episcopi nomine Fourreo Facultatis Decano injungeret, ut typum continuari prohiberet: cum autem hic nec Regis, nec Regentis mandatum exhibere posset, Episcopalis interdicti nulla habebatur ratio: cum autem non modo hic Typographus sed & ceteri æquale Episcopi mandatum opponerent, Facultatis Doctores datis ad Eundem literis exponebant, absdubio ejus probitati illusum fuisse, ipsumque fors denuntiatarum propo-

propositionum pravitatem non inspexisse, ac propterea eos decreviſſe, ut illas unacum censuris ad eum, ejusque Vicarium Generalem Venetias, ubi fuissent traditæ, eo fine transmitterent, ut ambo de hujus doctrinæ malitia, indeque exorto animarum damno convicti, junctis cum Facultate viribus earum proscriptionem promoverent: Verum nequidem exspectato responso Facultas censuram suam typis editam divulgabat, incassum reclamante Episcopo, qui Revocationis a P. Provinciali promissæ fiducia circumventus, tandem aquievit: Facultati autem a Rege intimatum, quod ea, si ad primos Doctoratus honores promovendos ad subscriptionem adigere renuerit, penitus supprimenda foret. Ea vero nonnisi formularii *subscriptionem juxta Clementis XI. pacem* præscribente Fourreus aliique duo Doctores Regis jussu e gremio excluſi fuere: sex vero Doctores Constitutionem *pure & simpliciter* esse signandam censuerunt. Acrior contentio fervebat in Parisina Facultate Theologica; cum enim plures ejusdem Syndici per plures annos Formulæ a Baccalaureis subscribi minime curassent, Romignius Pro-Syndicus illos omnes, qui sese huic subscriptioni subtraxerant, annotabat, atque inter alios Magister

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

de Sartre nec formularium, nec de naldi proscriptionem signasse reperiebatur. Hic ergo a Consilio Ecclesiastico aut subscribere, aut officio suo cedere jubetur: inter arcta prehensus, se formulario, addita tamen distinctione *juris & facti* subscripturum spondet: quo non admisso ipse Regiis literis exauctoratur, & in ejus locum alius subrogari præcipitur. Hanc in rem die tertia Junii habentur Facultatis comitia, in quibus Tournelius, Vivantius, Facultatis Cancellarius, Le Moine & alii Magistrum de Sartre læsæ Majestatis reum proclamant, eoquod Regis mandato, & Ecclesiæ legibus non sine contemptu resistere ausus esset. Differunt autem sententiam ad sextam ejusdem Mensis diem esse differendam censebant, spe facta, hunc Magistrum interim meliora arrepturum consilia: Abbas quoque Francieres Sorbonæ Magister una cum Beloto Doctore juvene, subscriptionem, quam hic Magister obtulisset, sufficere caussabatur: Reclamantibus autem potissimis præstituta die Chevalerus celebris Advocati Filius in præsentis Magistri locum eligebatur.

Paulopost die prima Julii Romigniacus Facultati tradidit Regias literas, quibus injunctum, ut Tellierus Licentiatus, eoquod suam subscriptionem re-

voca-

vocaſſet, e Facultatis gremio excluderetur, omnesque, qui hucusque Formulæ non ſubſcripſiſſent, intra unius Menſis ſpatium ſubſcriberent, ſecus jure ſuo exciderent. Die prima Menſis Auguſti Romignius integrum recitabat catalogum eorum, qui vel non ſubſcripſere, vel ſuam ſubſcriptionem revocarunt, aut eam additis quibusdam reſtrinxerunt. Ex his præcipue Baccalaurei petebant, ut audirentur, priusquam a Sorbona excluderentur. Inde tam clamoroſa oriebatur altercatio, ut Conventum abrumpere oporteret. Pacatis vero nonnihil animis accuſatos eſſe audiendos concluſum eſt. Die vero prima Septembris Durieus & Franciéres Regis juſſu a Facultatis conventibus, & Doctoratus honoribus exuti ſunt, & die prima Menſis Octobris, cum quidam Beaumontium, qui in quadam diſputatione propugnaverat, quod Concilia reformare & confirmare ad Papam pertineat, accuſare niterentur, Rex Facultati deſuper deliberandi facultatem ademit, inhibuitque, ne, usquedum Rhemis reverſus eſſet, Facultas de ullo doctrinæ articulo ageret: eapropter alia Magiſtri de l'Etang theſis Curiæ Romanæ admodum favens, illæſa remanſit. Die autem vigeſima Novembris Romignio traditæ ſunt

Sæc. XVIII. A. C. 1722

Regis literæ, quibus Magister Broquetus a Doctoratus honore excludebatur, eoquod in sermone in honorem S. Ursulæ habito Doctores a Clero Gallicano damnatos, & a Facultatis gremio exclusos summis præconiis celebrasset.

§. LXV.

Quædam propositiones de amoris Divini præcepto censuris notatæ.

Dorsann. l. c. p. 121. Annal des Jes. t. 1. pag. 175. Cabres. tract. de act. hum c. 3. Thes 5. Ann. 1722.

Sub idem ferme tempus Pater Cabrespinus Jesuita Theologiæ Profes- for apud Tourouvreum Rutenensem Episcopum accusabatur, quod anno priori in suo tractatu de Actibus humanis quasdam tradidisset doctrinas, quibus præceptum amandi Deum everteretur, & probabilismus eo tempore, quo ab aliis acrius impugnabatur, artificiose defenderetur ac denique error de peccato Philosophico innovaretur. Inter alias vero ejusmodi propositiones erant sequentes:

„Dico tertio omissis variorum var- „opinionibus . . . certum videtur stare „obligationem diligendi Deum super „omnia scilicet.

1. „Tempore, quod fluit post usum ra- „tionis, ita ut non multum moraliter „postquam quis cognovit Deum esse ul- „timum finem suum, & ut talem dilige- „gendum

„gendum, tunc tenetur actum amoris „Dei super omnia elicere.

II. „Aliquoties in vita, ita ut pru„dentium arbitrio non multum morali„ter currat tempus absque iterato actu „amoris Dei super omnia.

III. „Quoties ita urget gravis ten„tatio odii Dei, & periculum grave sit, „ne quis actum odii in Deum eliciat, „nisi amoris actum exercuerit.

IV. „Cum quis tenetur actum con„tritionis elicere, ut peccatorum ve„niam consequatur, extra Sacramen„tum pœnitentiæ v. g. cum in Articulo „mortis caret confessarii copia.

„Dico I. obligationem illam, (a„mandi Deum super omnia) stare pro „semper, si sumatur quatenus pendet a „præcepto negativo: Nullum est enim „tempus, quo non sit prohibitum Deum „odio habere.„

V. „Probabilius videtur hominem „non teneri agere semper ex motivo „honestatis moralis.„

VI. „Momenta, quæ adstruere vi„dentur necessitatem agendi semper „propter finem moraliter honestum, eo„dem modo probant obligationem a„gendi semper propter Deum, aut va„lere ad ultimum finem, aut ad me„rendum, sed hæc omnia falsa sunt.„

Sæc. XVIII. A. C. 1722

Has pluresque alias propositiones integra fide ex suis scriptis decerptas esse fatebatur Cabrespinus, cui Episcopus articulos ejus erroribus oppositos & Cleri Gallicani declarationi de Anno 1700. necnon instructioni Pastoral quadraginta Episcoporum consonos proposuit, postulans, ut eis, necnon revocationi sibi propositæ subscriberet. Id se facturum pollicetur Jesuita, ineunte tamen Mense Martio Præsuli significabat, se hanc revocationem Tolosam ad suum misisse Provincialem, ab eo tamen prohiberi, quominus ei subscriberet, quocirca nonnisi quamdam suæ doctrinæ declarationem ad Episcopum transmisit: cum vero ea potius apologia, quam palinodia esset, Episcopus, ut suæ Diœcesis Clerum adversus hujus Professoris doctrinam præmuniret, singulas ejus propositiones die decima quinta Martii censuris perstrinxit, Cabrespino concionandi & Confessiones excipiendi facultatem ademit, necnon scholaribus insinuavit, nullum, qui Jesuitarum Scholas deinceps esset frequentaturus, ad sacros Ordines admissum iri; quapropter confestim fere omnes sese Patrum Prædicatorum magisterio dicabant.

§. LXVI

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

§. LXVI.

Censura Facultatis Theologicæ Duacensis in quasdam Propositiones de gratia.

Hoc item anno in vulgus spargebatur epistola sacræ Facultati Theologicæ Duacensi inscripta, qua ex Domini Lengrand primi Collegii Duacensis Professoris, Ecclesiæ Collegiatæ S. Amati Canonici & sacræ Theologiæ Licentiati, necnon alterius nomine Marechal, Artium Doctoris, ibidemque Canonici, ac Regii Historiarum Professoris Philosophicis scriptis decerptæ propositiones eidem Facultati denuntiabantur, tanquam præcipua hæresis Jansenianæ dogmata continentes. Hoc scripto velut classico excitatus Facultatis Decanus Doctores ad diem nonam & vigesimam Aprilis convocavit, eisque in ejusdem diei comitiis exposuit, se præfatam epistolam accurate legisse „in ea proferri luculenta „& copiosa memoratorum Codicum „excerpta damnatæ Jansenii doctrinæ „prorsus consentanea, hæc si vera sint, „studiosam Juventutem Collegii Regii „a multis annis pestifera doctrina im„butam fuisse, tantumque malum in „dies augendum atque propagandum, „nisi

Argentre Collect. Jud. t. 3. p. 482.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„nisi facer confessus, quantum in ipso
„est, illud compescat, & clamore re-
„lido manus auxiliares advocet. Ad-
„audita obstupuere animi, & quidem
„eo magis, quod in publicis Colleg.
„Regii Thesibus nulla hæresis Jansé-
„nianæ lineamenta unquam apparuerint.
„Ex quo intellexerunt, eo majori pe-
„riculo obnoxios fuisse discipulos, qu-
„perversis dogmatibus clam, & inter
„augustæ Scholæ parietes instituere-
„tur, nullo adstante, qui incautos d-
„periculi magnitudine moneret. Po-
„varia hinc & inde dicta de urgente-
„sima obligatione Constitutiones Pon-
„tificias adversus profanas & concat-
„natas Jansenii Yprensis & Pascha-
„Quesnellii novitates, de arcendis a-
„fortiter propulsandis illis erroribus a-
„hac Universitate & Provinciis adj-
„centibus, de præmuniendis discipu-
„adversus malum, quod inter hiber-
„& colubri tortuosi incautis præsert-
„insidiatur, conclusum fuit denunti-
„tionem memoratam ab omnibus & s-
„gulis Doctoribus legendam, atque re-
„legendam, ac novam Congregatio-
„nem ab eximio D. Decano indicen-
„dam ad pleniorem super re tanti mo-
„menti discussionem faciendam. Hab-
„bitæ sunt postmodum frequentes d-
„eodem negotio deliberationes, ex-
„mina-

„minata diligentiſſime Profeſſorum di- Sæc.XVIII.
„ctata, de quibus conſtitit, ea fuiſſe ab A. C. 1722.
„ipſis excepta in publicis ac ordinariis
„lectionibus, ex juratis diſcipulorum
„teſtimoniis coram Notario exhibitis.
„Textus animadverſione digni in ſeptem
„articulos diſtributi ſunt, præfixis ſpe-
„cialibus titulis. Facta inſuper illo-
„rum articulorum collatio cum famoſo
„& damnato Janſenii Auguſtino & juſ-
„ſu ſacræ Facultatis inſtructum eſt
„Parallelum utriusque textus, ſicutipſe
„Janſenius inſtruxit Parallelum erroris
„Maſſilienſium & opinionis quorumdam
„recentiorum: Ut intelligatur tantam
„eſſe conformitatem dictatorum & Doctri-
„næ Janſenianæ, ut non ſit ovum
„ovo ſimilius, erit inſuper hoc Parallelum
„inſtar lapidis lidii, cujus contactu
„dignoſcetur, & intelligetur tantam
„eſſe conformitatem ſcriptorum utrius-
„que Profeſſoris cum doctrina Janſe-
„niana, ut non ſit ovum ovo ſimilius:
„ac inſuper ut hoc parallelo velut la-
„pide lydio dignoſcatur, an variorum
„recentiorum aſſerta ſint Janſeniana
„necne, quamvis enim non omnia, quæ
„docuit Janſenius, ſint hæretica, ſicut
„nec omnia, quæ ſcripſit Calvinus,
„conſtat tamen neminem poſſe cum
„Janſenio convenire, vel in uno ex
„dictis ſeptem articulis, niſi quinque
„ejus

Sæc. XVIII. A C. 1722.

„ejus hæresibus consentiat, vel aperte „vel implicite, & æquivalenter. Sic „enim colligata sunt hujus auctoris „dogmata, ut unum assumi non possit, „quin & alia sequantur instar annulo„rum ejusdem catenæ. Hinc proinde „lucebit, omnium Scholarum Catho„licarum systemata de gratia, ac no„minatim celeberrimæ Thomistarum „Scholæ a fermento Janseniano alieniss„ma esse, nec ullam eis cum prætensis „Augustini discipulis erroris societatem „intercedere. Tandem Sacra Facultas „invocato S. Spiritus lumine de doctrinæ „dictorum septem articulorum pronun„tiandum censuit, ut sequitur, adjectis „etiam aliquot annotationibus, quibus „mens ejus plenius innotescet, vanæ „errantium subterfugia, & fraudes ape„rientur, & quidem eorum fautores „designabuntur.„

§. LXVII.

ARTICULUS I.

Spurium Gratiæ utriusque Statûs discrimen ab hisce Professoribus æque ac a Jansenio assertum.

Argentre l. c. p. 484.

Ut Facultas utrumque hunc Doctorem in asserendo discrimine gratiæ cum

cum Janſenio conſpirare oſtenderet, ex Lengrandii diſput. 4. de concurſu cauſſæ primæ cum ſecunda q. 2. §. 2. Prob. 1. hanc excerpſit propoſitionem: In ſtatu „innocentiæ ſufficiebat præmotio Ge„neralis & gratia ſufficiens a voluntate „determinabilis. - - Natura humana „in illo ſtatu erat omnino ſana & in„tegra, carebatque omni concupiſcen„tia & infirmitate, adeoque ſufficiebat „motio determinabilis a voluntate, *non autem requirebatur motio ſanans & applicans voluntatem ad agendum.* Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Quod Janſenius idipſum doceat, oſtendit Facultas ex ejus libro de gratia primi hominis & Angelorum c. 14. ubi ait: *Perſpicue docet Auguſtinus adjutorium Adami non fuiſſe adjutorium quo, ſed adjutorium ſine quo non* &c.

Id ipſum Lengrandius Prob. VI. & in ſuo Curſu Philoſophico tradebat: quod S. Auguſtinus c. 11. l. de Corrept. & gratia ſic dixerit: tale erat *adjutorium quod deſereret ſi vellet, non quo fieret ut vellet*, nempe Adamus ante pec„catum, atqui tale adjutorium non „erat motio efficax, ut patet, quia „per illam fit ut creatura velit. Ergo „erat tantum gratia ſufficiens. Unde „Auguſtinus ibi per adjutorium quo „in-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„intelligit efficax, & per adjutorium „sine quo intelligit sufficiens.„

Huic doctrinæ consonant hæc Jansenii verba: *differentia sanæ & ægrotæ voluntatis* &c. ex l. 2. de Gratia Salv. cap. 3.

„Insuper Lengrandius ob. 4. docuit „quod illud auxilium pro statu Innocentiæ sit tantum Generale ac sufficiens, nam auxilium hoc erat movens „in quantum inclinabat ad bonum universale, & aliunde gratia sufficiens „dabat possibilitatem: imo movebat „operantem ad sese & auxilium istud „secum determinandum ad operationem.„

„Et ibid. §. 1. Prob. 6. Potentia aegra debilis & infirma indiget motione „sanante, elevante & ipsam efficaciter „ad actus supernaturales applicante, „atqui voluntas in hoc statu naturæ „corruptæ per peccatum originale est „potentia ægra debilis & infirma, non „potest ex sola virtute gratiæ sufficientis „sese applicare ad actus, qui naturæ vires „res superant, si posset sese virtute „auxilii sufficientis ad alios actus applicare & determinare, homo lapsus „& corruptus non esset minoris virtutis & conditionis, quam innocens.„

Primæ propositioni consonat doctrina Jansenii, ibid. c. 4. dicentis adjutorium

ante

ante ruinam erat tale, ut influxus adjutorii perinde ac voluntatis in opus ab ipso liberæ voluntatis actu penderet &c. secunda propositio conformis est ejusdem Jansenii doctrinæ, qua l. 8. de grat. Salv. c. 2. ait: Præterminatio Physica necessaria statuitur omnibus agentibus &c. Sæc. XVIII. A C. 1722.

Has Lengrandii propositiones Facultas sequenti perstrinxit censura:

Doctrina hoc articulo expressa, quam Professores Collegii Regii ex damnato Jansenii Augustino deprompserunt, ac discipulis suis tradiderunt: illa inquam, doctrina quatenus statui Innocentiæ non aliam adscribit gratiam actualem, quam sufficientem, alii vero arbitrio determinabilem, seu adjutorium, sine quo non, nec aliam statui naturæ lapsæ assignat quam efficacem cum effectu suo infallibiliter ac perpetuo coniunctam, seu adjutorium quo, si complexe sumatur, vel etiam speciatim, quoad gratiam Naturæ Corruptæ, est falsa, nova, omnibus Scholis Catholicis exosa, a paucis recentioribus adoptata, ex qua seu fonte lutulento promanant quinque hæreses Jansenianæ.

§. LXVIII.

Duacensis Facultatis doctrina circa discrimen Gratiæ utriusque Status.

Ut

Sæc. XVIII. A. C. 172[illegible].

Ut autem Facultas Duacensis demonstraret, quam ipsâ sententiam circa hunc articulum profiteatur, hæc animadvertit:

Argentre l. c. p. 487.

„Agnoscit Sacra Facultas illud gratiæ utriusque, status discrimen, de „quo Augustinus potissimum 1. de Corr. „& grat. cap. 10. 11. 12. Fatetur enim cum sancto Doctore adjutorium „Adamo Innocenti datum ad perseverandum, fuisse adjutorium *sine* qua „non quod defecisset cum vellet, & non „quo permaneret si vellet, non quod „fieret ut vellet, ac proinde dici posse „sufficiens, verum minime probat illud „adjutorium dici versatile, aut a libero arbitrio determinabile, quamvis „voluntas cum illo auxilio prævenienti „& comitante posset ut causa instrumentalis sese determinare ad agendum vel non agendum. Dum enim „ista gratia virtute propria & actuali „intus afficeret, ne moraliter moveret „voluntatem ad agendum, nec ullum „influxum exciperet, aut excipere posset „a libero arbitrio, ut quid dicere„tur versatilis aut a libero arbitrio de„terminabilis, ut quid determinabile „voluntatis ad bonum non tribueretur „principaliter isti gratiæ? Istud igitur „adjutorium licet ex causa Adami „non dederit velle, illud tamen ex „parte

„parte ſua & ex intentione Dei conſe „rebat. Unde quod ait S. Doctor, non „fuiſſe tale, quo fieret ut vellet, hoc „tantum ſenſu intelligi debet, quod „non faceret indeclinabiliter ac inſu„perabiliter volentem. Patet etiam „ex textu S. Auguſtini Adjutorium, „quod nunc Sanctis, ſeu prædeſtinatis „conceditur ad perſeverandum, eſſe „adjutorium quo, indeclinabile & in„ſuperabile, non quidem ratione ſingu„larum gratiarum, cum quibus nunc „Sancti operantur, ſed ratione poſtre„mæ gratiæ, ſeu mortis in gratia, qua „parvuli ſicut & adulti formaliter ac „finaliter perſeverant. Hinc Auguſt. „de Corr. & grat. c. 8. ſicut, inquit, *coguntur fateri Donum Dei eſſe, ut finiat homo vitam iſtam, antequam ex bono mutetur in malum - - - ita Donum Dei eſſe in bono perſeverantiam - - - fateantur Nobiſcum* & 1. de dono perſevera ntiæ. „Cap. 17. *videte jam a* veritate *quam ſit alienum, negare, Donum Dei eſſe perſeverantiam usque in finem hujus vitæ, cum vitæ huic quando voluerit, ipſe Dei finem, quem ſi dat ante imminentem lapſum, facit hominem perſeverare usque in finem, ſed mirabilior & fidelibus evidentior largitas bonitatis Dei eſt, quod etiam parvulis, quibus obedientia non eſt illius ætatis ut detur, datur hæc gratia.*

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Quod autem istud adjutorium non
„sit indeclinabile ac insuperabile ratione
„singularum gratiarum, vel ex eo constat,
„quod juxta S. Doctorem sancti sub ad-
„jutorio perseverantiæ complete sum-
„pto, quandoque exorbitent, deviem,
„nonnulla ipsis subrepant & obnoxi
„sint omnibus peccatis excepto illo
„quod est ad mortem, quo scilicet, si
„des quæ per dilectionem operatur
„deseritur usque ad mortem.„

„Neque dici potest illas saltem gra-
„tias, cum quibus Sancti operantur
„antequam vitam finiant, pertinere
„ad genus adjutorii quo, esse indeci-
„nabiles & insuperabiles: Dum enim
„D. Augustinus suas propositiones tri-
„buat dumtaxat adjutorio finalis per-
„severantiæ, gratis seu sine fundamento
„eædem dotes aliis gratiis concedi
„rentur, Sufficiat igitur dicere cum
„S. Doctore, gratias, quibus nunc
„sancti indigent ad vincendas concu-
„piscentias, antequam moriantur, esse
„potentiores, majores & efficaciores
„gratiis primi status, non vero esse in-
„declinabiles aut esse adjutoria quo
„Quis enim non videat, gratiam pos-
„esse validiorem, majorem & efficacio-
„rem, etsi non sit insuperabilis?

„Gratia igitur hujus status duplici
„titulo dicitur potentior gratia Adamitæ
„nocen-

„nocentis: primo quatenus ex meritis „Christi præbet virtutem pugnandi & „vincendi concupiscentiam assentiente „libero arbitrio, quod a via recta de„clinare potest sub quacunque gratia „libero arbitrio attemperata, Secundo „quatenus cum morte felici conjuncta „hominem formaliter perseverantem, „facit independenter ab ejus consensu, „adeoque indeclinabiliter ac insupera„biliter: Deus enim vitæ huic, quando „vult dat finem nec ad hoc consensum „nostrum præstolatur.„

II. „Dum Professores Collegii Regii „præeunte Jansenio Yprensi, negant, „prædeterminationem physicam fun„dari in subordinatione caussæ secundæ „ad primam, aut illam esse necessariam „ad tollendam causarum secunda„rum indifferentiam, & asserunt, illam „ex infirmitate Naturæ repetendam „esse adeoque nec eam requiri ad ma„teriale peccati, nec ad actus bonos „status innocentiæ. Cum inquam, „ista dicunt, satis manifestant se usque „Thomistis illusisse, quorum doctrinam „quoad exteriorem apparentiam sem„per professi sunt. Deinde si præmotio „physica sit ad sanandam naturæ infir„mitatem, ergo justi & a fortiori pecca„tores gratia prædeterminante destituti „remanerent infirmi & debiles, adeo-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„que carent gratia ſufficienti, aut
„illam habeant, ipſis inutilis eſt, co
„ſola virtute gratiæ ſufficientis non p
„ſint ſeſe applicare ad actus, qui
„turæ vires ſuperant.„

„Argumentum, quo utuntur illi Pr
„feſſores, ut evincant protentiam
„gram, debilem & infirmam non po
„ſeſe determinare ſola virtute aux
„ſufficientis ad actus ſupernaturales,
„futile & ſtramineum. Homo lap
„inquiunt, non eſſet minoris virtu
„& conditionis quam innocens, ſi p
„ſet ſe determinare virtute gratiæ
„ficientis: Reſpondetur, id eſſe omn
„falſum: quia primo, fatente Dom
„Lengrand, quidam inter Auguſtin
„nos ſentiunt illam gratiam, (Ada
„innocenti datam) poſitam fuiſſe
„cogitationibus & ideis rerum clar
„mis. Gratia autem ſufficiens ho
„nis lapſi, ex conſenſu omnium Ca
„licorum, importat motionem,
„tantum ex parte intellectus, ſed
„tiam ex parte voluntatis: atqui
„poſito, patet, hominem lapſum
„minoris virtutis ac deterioris co
„tionis, quam fuerat homo Innoce
„ergo &c.„

„Juxta varios, homo lapſus c
„gratia ſufficienti tali qualem ha
„Adam Innocens, poteſt cum aux

„ordinariis producere actus organicos „faciliores: Adam autem integer & „robustus cum eadem gratia poterat „exercere actus perfectos & difficilio„res: atqui attenta hac opinione, pa„tet rursus hominem lapsum esse mino„ris virtutis ac deterioris conditionis, „quam homo Innocens, ergo &c.„ Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Ut homo lapsus cum gratia suffi„ciente ponat actus perfectos & diffi„ciliores, augenda est saltem gratiæ „sufficientia juxta proportionem infir„mitatis: imo & juxta multos addenda „est aliquando gratia efficaciæ infalli„bilis, quam Deus oranti sicut oportet „non recusat. Ex quo rursus elucet „disparitas seu inæqualitas virtutis & „conditionis inter hominem lapsum & „Innocentem.„

„Homo lapsus etsi gratia habituali „sanatus, elevatus ad statum supernaturalem, & gratia sufficiente munitus „obnoxius est multis tentationibus in„ternis & externis, ratione quarum per„sæpe tenetur orare Deum oratione ge„mitus, & petere auxilia uberiora ad „eas vincendas, ad quod juxta adver„sarios, non tenebatur Adam innocens. „Homo igitur lapsus est minoris virtutis „ac deterioris conditionis quam homo

Sæc. XVIII. A. C. 1722. „sanus, etsi virtute gratiæ sufficientis „possit se determinare ad actus supernaturales. „

„Nec refert, quod gratia sufficiens „in statu innocentiæ supponeret sanitatem & naturæ integritatem: nam etiam „non obstante, addebat vires, redde„batque potentiam proportionatam „actibus supernaturalibus & sine illo „auxilio non potuisset Adamus permanere in Justitia, ut asserit Dominus „Lengrand, & cum liberum arbitrium „per peccatum originale non fuerit de„structum, sed attenuatum dumtaxat „& infirmatum, vires gratiæ sufficientis „illi superadditæ tribuunt saltem potes„tiam ad actus faciles. „

„Neque obstat, quod S. Augusti„nus in exemplo adjutorii sine quo non „adducat lucem & alimenta, quæ homini cæco aut ægro prodesse nequeunt; „nam comparatio illa manifeste claudicat; cum gratia sufficiens primi sta„tus virtute propria & actuosa intus „afficeret, ac moraliter moveret voluntatem & constituta esset, ait D. Lengrand, in actuali suavitate & delectatione voluntatis, quæ luci & alimentis non conveniunt.

§. LXII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

§. LXIX.

ARTICULUS II.

Gratia libero arbitrio subjecta in statu innocentiæ, & liberum arbitrium in eodem statu se discernens, ac in se glorians, ex doctrina Lengrandii & Jansenii.

Hanc in rem Facultas ex Lengrandii disputatione IV. de concursu Dei q. 4. object. 2. decerpsit has propositiones. I. Dici nequit, quod gratia Dei Adamo data sit subjecta libero arbitrio quoad entitatem supernaturalem, bene tamen quoad determinationem & libertatem actionis, quia gratia Dei fuit tantum subjecta libero arbitrio secundum Dei voluntatem. II. Gratia in Adamo fuisset operata velle & perficere proin non subjiciebatur libero voluntatis arbitrio quoad motionem prævenientem, bene tamen quoad determinationem & consensum. III. Propositio damnata est: Deus nobis subjicit suam omnipotentiam, ergo gratia Dei non potest esse subjecta voluntati quoad supernaturalitatem, quasi creatura posset ad quodlibet v. g. ad creandum novum mundum disponere, est tamen subjecta quoad determinationem. IV. Nec

Sæc. XVIII. A. C 1722.

dici potest, quod libertas creata prima tum tenuerit in merito, quatenus meritum supernaturale est, & semen vitæ æternæ, bene tamen, quatenus meritum liberum est, & determinatum; meritum enim magis æstimatur a supernaturalitate quam a libertate. V. Adhuc mus potuisset se ab alio discernere et gratia Dei præveniente & adjuvante, non autem sine illa, potuisset etiam in gloriari gloriatione humili, non vero superba.

Primam harum propositionum Facultas consonam esse probat doctrinæ Jansenii lib. de Grat. primi hominis & Angelorum c. 14. ubi ait: *Jam non etiamsi tale adjutorium* &c. Alteram doctrinæ l. 2. de Grat. Chtisti Salv. c. 5 ubi habetur: *cum ista conditio adjutorii sine quo non, sanæque voluntatis* &c. Tertiam ibid. c. 6. his verbis: *Primus itaque effectus illius diversitatis* &c. Quartam docet Jansenius ibid. c. 8. dum ait: *Quod ubi adjutorium sine quo non seu sufficientitatis datum est, ibi homines* &c. Quintam consonat Jansenio l. 4. de Grat. cap. docenti, *quod ratio gratiæ sufficientis integræ naturæ, ac libero arbitrio seipsum suis viribus discernenti, propria sit.*

Has propositiones Facultas atro notavit calculo, asserens: *Lengrand doctor Jansenio Yprensi, quinque docet hoc articulo*

primum, gratiam primi ſtatus fuiſſe libero arbitrio ſubjectam quoad determinationem & libertatem actionis. Secundum: Hominem in eodem ſtatu potuiſſe ſe diſcernere ex gratia. Tertium, eundem potuiſſe gloriari in ſeipſo humiliter. Quartum, libertatem ejus primatum tenuiſſe in merito, quatenus meritum eſt liberum, & determinatum. Quintum, id quod in Adamo operatur velle & perficere, fuiſſe ſubjectum libero voluntatis arbitrio. Hæ autem propoſitiones, ut jacent, ſunt falſæ, male ſonantes, injurioſæ gratiæ Dei, quæ in omni ſtatu, libero arbitrio præeminere debet quoad omnem rationem boni ſupernaturalis, propinquiſſimæ aliquot propoſitionibus Bajanis & huic ab Innocentio XI. damnatæ: Deus ſubjicit Nobis ſuam omnipotentiam.

§. LXX.

Facultatis doctrina hujus articuli doctrinæ oppoſita.

Circa hunc articulum Duacenſis Facultas mentem ſuam expoſuit hiſce verbis:

I. „Quod Lengrand ait: ſententiam „ſuam de gratiæ ſubjectione reſpectu „liberi arbitrii non incurrere in propo„ſitionem damnatam ab Innocentio XI. „quia ex ea non ſequitur, omnipoten„tiam Dei eſſe ſubjectam creaturæ, „quoad ſupernaturalitatem, & hoc ſenſu

Sæc. XVIII. A. C. 1722. „quod creatura poſſit ad quodlibet de „omnipotentia Dei diſponere, v. g. ad „creandum novum mundum, quod in„quam, ait D. Lengrand, ut ſe ab illa „propoſitione diſcernat, eſt prorſus fri„volum, & veterano Profeſſore indi„gnum. Ubi illa propoſitio damnata „fuit, an ullus fuit ſanæ mentis in orbe, „qui cogitarit, aut cogitare potuerit, „omnipotentiam Dei eſſe ſubjectam, „quoad ſupernaturalitatem, & hoc ſenſu „quod creatura poſſet de ea diſponere „ad quidlibet, & ſpeciatim ad creandum „novum mundum. An credibile eſt „propoſitionem fuiſſe damnatam pro„pter ſenſum, qui nulli in mentem ve„nit aut venire potuit? „

„Dum objicitur quibusdam Theo„logis Catholicis, hominem lapſum „cum gratia ſufficienti, aut congrua „operantem, ſeſe diſcernere ac poſſe in „ſe gloriari quaſi aliquid boni non ac„ceperit a Domino, reſpondent illico „& bona fide hominem in ſuo ſyſtemate „non ſeſe diſcernere proprie & princi„paliter, ſed ad ſummum minus pro„prie, ac minus principaliter, quatenus „gratiæ prævenienti ac moraliter & „phyſice in actum deliberatum influenti „cooperatur, ſic ut quilibet homo bene „operans confiteri debeat: Non Ego, „ſed gratia Dei mecum. Ad cujus e„luci-

„lucidationem, adferunt celeberrimum Sæc. XVIII.
„S. Anſelmi locum ex ejus libello de A. C. 1722.
„concordia præſcientiæ & prædeſt.
„q. 3. c. 5. ubi ſic loquitur.„

„Cum aliquis nudo, cui nihil de-
„bet, & qui nullum a ſe poteſt indu-
„mentum habere, dat veſtem; non ta-
„men, quamvis ipſe habeat poteſtatem
„utendi accepta veſte, ſi ea utitur,
„imputandum eſt induto quia indutus
„eſt, ſed danti veſtem. Quapropter
„ita dici poteſt, non eſt induti, quod
„eſt indutus, ſed miſerentis, id eſt,
„veſtem dantis. Multo vero magis hoc
„diceretur, ſi ille qui dedit veſtem,
„dediſſet etiam poteſtatem ſervandi eam
„& utendi, ſicut Deus homini cum
„dat rectitudinem, ſæpe factam, dat
„etiam poteſtatem ſervandi & utendi
„quia dedit prius liberum arbitrium
„ad ſervandum illam & utendum. Si vero
„nudo, cui nihil debetur; non daretur ve-
„ſtis, aut ſi ipſe acceptam projiceret, nulli
„niſi ipſi imputaretur ejus nuditas, ita
„cum Deus alicui concepto & nato in pec-
„cato, cui nihil niſi pœnam debet, dat
„velle & currere, non eſt volentis, neque
„currentis ſed miſerentis eſt Dei, & qui
„eandem gratiam non accipit aut acce-
„ptam rejicit, ejus eſt, non Dei, quod
„in ſua duritie & iniquitate permanet.

„Si præterea illis Theologis oppo-
„natur, Deum, per gratiam præve-
„nien-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„niendo, ac phyſice determinando ad „actum liberum, ſubjicere ſuam gra„tiam aut omnipotentiam creaturæ, „reponunt, ad fidem pertinere, libe„rum arbitrium, motum, & excita„tum poſſe diſſentire ſi velit, poſſe gra„tiæ deeſſe, poſſe abjicere inſpiratio„nem, qua perducitur ad juſtificatio„nem, poſſe gratiæ reſiſtere vel ob„temperare: ac proinde creaturam ra„tionalem a Deo motam poſſe quidem „non uti omnipotentia Dei ad actum bo„num & deliberatum oblatum, ſed non „ideo gratiam aut omnipotentiam Dei „creaturæ eſſe ſubjectam, idque eſſe im„poſſibile, ac dignitati gratiæ injurio„ſum. Sed quia hæ ſolutiones non pla„cuerunt Janſenio, ideo nec Domino „Lengrand arriſerunt.„

„Dicit quidem Auguſtinus ho„minem innocentem adjutorio perſeve„rantiæ munitum potuiſſe illud per li„berum arbitrium deſerere, Deum per„ſeverare, vel non perſevcrare in ejus „reliquiſſe arbitrio, ſed nunquam aut „leviter inſinuavit, gratiam Dei libero „arbitrio fuiſſe ſubjectam, quoad de„terminationem & libertatem actionis. „Cur Dominus Marechal mentem ſuam „non aperuerit circa gratiæ ſubjectio„nem & diſcretionem libero arbitrio „tribuendam, facile eſt conjicere. Cum „enim ejusdem ſit ſententiæ ac Domi-

„nus

„nus Lengrand, verisimiliter existimavit, Sæc. XVIII.
„se eadem implicite tradidisse dum sta- A. C. 1722.
„tui innocentiæ solam gratiam sufficien-
„tem a libero arbitrio determinabilem
„adscripsit, aliunde non ægre præteriit
„quædam consectaria, sine quibus stat
„substantia systematis Jansenii de dua-
„bus delectationibus necessitantibus, de
„gratiæ irresistibilitate, de libertate con-
„juncta cum necessitate mutabili & de
„præceptorum implendorum impo-
„tentia &c. „

§. LXXI.

ARTICULUS III.

Systematis duarum delectationum favent hi Doctores cum Jansenio.

Id Facultas probabat I. ex his Lengrandii verbis disp. 4. Si præmotio physica se tenet ex parte intellectus, sita est in ejus illuminatione - - - si ex parte voluntatis, sita est in ejus excitatione, seu in suavitate quadam & victrici delectatione rerum cælestium superante concupiscentiam rerum terrenarum & nullam necessitatem voluntati imponente.

Hæc autem delectatio victrix, qua fit ut mandata Dei custodiamus, est actus vitalis mentis nostræ sed indeliberatus, qui deinceps voluntatis deliberationem & consensum operatur.

II. Con-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

II. Congruitas gratiæ in eo posita est, quod per se & ab intrinseco apta sit superare humanæ voluntatis resistentiam; ideo ergo congrua dicitur gratia, quia Deus inspirat suavitatem & delectationem, quæ cum major sit delectatione carnali, apta est superare concupiscentiam.

III. Hoc oritur ex propria negligentia (justi) vel ex peccatis venialibus, quibus augetur concupiscentia, unde fit, ut gratia illi data, urgente præcepto, non sit idonea ad vincendam tentationem.

IV. Fortior requirebatur gratia pro Corozaitis, quam pro Tyriis, & per eandem gratiam conversi non fuissent, eoquod essent magis indurati, & a Deo aversi. Quapropter Deus illos non injuste præ Tyriis increpat, quia Tyrii tantum obstaculum gratiæ non præbuerant, nec tantam habebant concupiscentiam.

V. Gratiæ excitanti sæpe resistitur *propter dominantem concupiscentiam.*

VI. Præmotio est quid antecedens exercitium libertatis, ergo tollit libertatem, si movet contra exigentiam creaturæ.

VII. Consensus sequitur infallibiliter sensum, quando non est alia impressio opposita fortior, hanc enim impressio

sio superveniens impedit, quominus voluntas consensum præbeat priori.

VIII. Ante peccatum primi hominis homo passionem exortam pro arbitrio potuit sedare, avertendo fluxum spirituum animalium, dein magna tunc erat in illo delectatio justitiæ &c. Post peccatum imperium illud valde diminutum est, sicut & delectatio justitiæ .... in lucta inter partem superiorem & inferiorem, hoc sequitur anima, quod magis delectat, sub delectatione comprehendendo voluptatem quæ sæpe fortior est, hinc S. Augustinus ait, quod amplius nos delectat, secundum id operemur, necesse est.

His propositionibus conformem esse doctrinam Jansenii demonstrat Facultas & quidem I. ex l. 8. de Grat. Salv c. 3. his verbis: *Medicinale Christi adjutorium* &c. II. ibid. ex l. 4. c. 6. *Ex his jam perspicue colligitur tantopere esse necessariam ipsam delectationis Divinæ gratiam* &c. III. ibid. *Cum igitur ad opus Justitiæ* &c. IV. Ibid. c. 7. Hæc igitur volendi imbecillitas &c. V. Ibid. *Ex eadem radice* &c. VI. Ibid. c. 11. titulo: *Delectatio ista cælestis secundum Augustini mentem* &c. VII. Et in corpore ejusdem Capitis: *Delectatio ista, quam ad omnia opera bona* &c. VIII. Infra ibid. Hoc ipsum elucet ex pugna &c.

Has

Sæc. XVIII. A. C. 1722. Has pluresque alias utriusque Professoris propositiones Facultas Duacensis sequenti censura perstringit.

Duo potissimum docent hi Doctores Jansenii *vestigiis insistentes, primum est Systema duarum delectationum indeliberatarum, cœlestis & terrenæ, quarum altera alteram superans necessitat ad agendum vel bonum vel malum.*

Alterum est, *gratiam, qua bona operamur, esse delectationem rerum cælestium, seu sanctum Dei amorem, aut operationem Dei cum illo amore immediate conjunctam.* Primum quod *docent, esse totius Jansenismi substantia, summarium, medulla, in qua quinque hæreses Jansenianæ includuntur, sicut & totius Theologiæ moralis Christianæ subversio.* Unde hoc System habet *se instar terribilis Hydræ, seu serpentis ab hercule occisi, cujus erant septem capita.*

Alterum quod tradunt Professores *manifeste adversatur scripturis, Patribus Augustino speciatim, Tridentino, & communi Scholasticorum consensui. Ex his enim fontibus constat, mortales non raro piis motibus ex Dei gratia profectis, per cælli, ubi necdum delectantur cælestibus nec Deum directe amant, sed timore gehennæ concutiuntur, abstinentes interim ab omni peccato, quod esset gehennæ inductivum, & se se disponentes ad sanctum Dei amorem,*

vel alium actum, quo convertantur. Hinc Trid. Seſſ. VI. c. 6. ait: diſponuntur autem ad ipſam juſtitiam, dum excitati divina gratia, & adjuti fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera eſſe, quæ divinitus revelata & promiſſa ſunt, atque illud inprimis, a Deo juſtificari impium per gratiam ejus, per Redemptionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu, & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, a Divinæ Juſtitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad conſideranda Dei Miſericordiam ſe convertendo in ſpem eriguntur, illumque Deum tanquam omnis Juſtitiæ fontem diligere incipiunt. Sæc. XVIII. A. C. 1721

Et Seſſ. IV. c. 4. illam vero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniæ, declarat non ſolum non facere hominem Hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam Donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantum moventis, quo pœnitens adjutus, viam ſibi ad Juſtitiam parat.

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

§. LXXII.

Facultatis doctrina contra hunc articulum.

His erroribus Facultas hanc opposuit doctrinam.

I. „Postquam ambo Professores distinctissime docuerunt atque inculcarunt, gratiam, quam præmotionem physicam specialem appellant, sitam esse „in actu vitali delectationis indeliberatæ, prævenientis, superantis delectationem oppositam & determinantis „infallibiliter ad actum deliberatum „in decursu, eodem prorsus modo loquuntur de concupiscentia, seu delectatione terrena superante cælestem & „determinante infallibiliter ad actum „malum, ambas delectationes ut inter „se luctantes exhibent, & illi, quæ altera „teram superaverit, victoriam seu actum „completum tribuunt:

„Juxta D. Lengrand, si *in justo* [illegible] *geatur concupiscentia, tunc gratia illi data urgente præcepto non est idonea ad vincendam tentationem: quod Corozaitæ non fecerint convertsi, est, quia majorem habebant concupiscentiam, quam Tyrii. Gratiæ exercitanti sæpe resistitur propter dominantem concupiscentiam, consensus sequitur infaillibiliter sensum & mens abripitur.* Si non

sit alia impressio opposita fortior, in lucta quam in Nobis in carnem & spiritum experimur: hoc sequitur animo quod magis delectat. Delectatio terrena facilius superat delectationem cœlestem, nisi Deus velit eam augere.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Juxta Dominum Marechal, si ju„stus careat motione physica ad obser„vationem Mandatorum Dei, hoc ori„tur, quia non reprimit concupiscen„tiam, si justus in peccatum labatur, id „oritur ex ejus culpa v. g. amore terre„norum, motio actualis inferior suum „ultimum non consequitur effectum „propter resistentiam Concupiscentiæ: „præter gratiam sufficientem, requiri„tur ad vincendam concupiscentiam „alia motio, & motio sufficiens tunc „est tantum sufficiens Theologice & „Thomistice. Ne autem supersit ali„qua obscuritas aut æquivocatio in „dictis præcedentibus, hanc quæstio„nem sibi proponit D. Marechal. A „quo ergo determinabitur homo ad ma„lum agendum? Et nitide respondet, „a propria Concupiscentia, quæ mora„liter excitat hominem ad peccatum. „Addit insuper, delectationem victri„cem supponere impotentiam ex parte „concupiscentiæ, & tandem concludit „hoc argumento: sit v. g. concupiscen„tia ad quatuor gradus, & motio Dei

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„ad duos duntaxat, cum illa motiva
„creatura non poteſt reſiſtere concu-
„piſcentiæ. Cui argumento futilis
„reſpondet: tunc homo non pote-
„concupiſcentiæ reſiſtere potentia co-
„ſequente, licet poterit potentia ante-
„cedente & poſſibilitatis. Quod autem
„illa impotentia ſit revera antecedens
„patet, tum quia illa oritur ex ponde-
„delectationis oppoſitam ſuperantis
„determinantis infallibiliter ad malum
„tum quia etiam Janſenius impote-
„tiam ex quacunque delectatione alte-
„ram ſuperante natam appellat con-
„quentem, & voluntariam, relicta
„qua potentia antecedente ad oppo-
„tum, tum quia evidens eſt, ubi con-
„currunt delectatio terrena ut Quatuor
„& delectatio cæleſtis ut duo, delectio
„tionem minorem non magis ſufficere
„ad ſiſtendam alteram, quam pondus
„ut duo ſufficiat ad attollendum pon-
„dus ut quatuor, tum denique, quæ
„ex dicendis luce meridiana clarius
„evadet, gratiam excitantem & efficax
„cem a Janſenio & DD. Lengrand &
„Marechal in certis circumſtantiis
„agnitam, non magis eſſe ſufficientem
„apud diſcipulos, quam apud Magi-
„ſtrum, eosque in re valde ſeria &
„dogmatica ineptire, verbis ludere &
„lectoribus incautis imponere & au-
„quiſſimo

„quiſſimo ac perpetuo Novatorum more „ſibi per inſignem fraudem contradi- „cere, ut ſcilicet effugio ſemper pa- „teat locus. „

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

II. „Dominis Lengrand & Marechal „non eſt ſatis, delectationibus indeli- „beratis tribuere modum determinandi „infallibiliter, ſed & illis applicant il- „lud Auguſtini perperam intellectum „ex Commentario in Epiſtolam ad Ga- „latas, quod amplius Nos delectat, „ſecundum illud operemur neceſſe eſt. „Non eſt mirum, quod hunc textum „non prætermiſerint, cum Janſenius „optaret, illum ſcribi characteribus au- „reis, vide ſupra textum Paralleli. „Num. 15

„Hoc ſi præcedentibus adjunxeris, „luculentiſſime ac completiſſime pro- „batum erit, memoratos Profeſſores „tradidiſſe ſyſtema duarum delectatio- „num indeliberatarum, cæleſtis & ter- „renæ, quarum altera alteram ſupe- „rans, neceſſitat ad agendum vel bo- „num vel malum. „

III. „Opponent forſan Profeſſores „ſe textum Commentarii ad Galatas „ſic interpretatos eſſe, ut inducat qui- „dem neceſſitatem conſequentiæ ac in- „fallibilitatis, non vero neceſſitatem „abſolutam & conſequentis. „

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Reſpondetur illos in hoc confe-
„tire Paſchaſio Quesnello, quo nem
„unquam hæreſi Janſenianæ fuit ac-
„dictior. Audiamus eum in libro Gal-
„lico, cui titulus la paix de Clemens IX.
„ubi pag 50. ſic habet: vocabulum
„Neceſſitas, ſolitarie conſideratum, i
„ſenſu proprio & naturali accipitur pr
„neceſſitate abſoluta libertati contrari
„ſed ei addendo infallibilitatis, ejus ſe
„ſus determinatur ac reſtringitur a
„ſpeciem Neceſſitatis, quæ non eſt ab
„ſoluta ſed ex ſuppoſitione & con
„tionata. Hæc igitur verba: infal
„bilitatis, conſequentiæ, conſequen
„voluntaria addito vocabulo: Neceſ
„ſitas, ab iis, qui ſpecialibus d
„propriis Janſenii principiis adhæ
„rent, ſunt doloſa, & in eo ſen
„duntaxat adhibentur, ut aliqualite
„tegatur odioſa, & vera neceſſitas
„Janſenio admiſſa. R. 2. Nec Janſe
„nium nec Calvinum, nec Lutherum
„nec ipſos Manichæos admiſiſſe
„hoc ſtatu omnimodam, abſolutam,
„talem ac immutabilem conſequen
„neceſſitatem: omnes experientia co
„victi fuere, voluntatem in hoc ſtatu
„obnoxiam eſſe variis agendi mod
„ſic ut neceſſitet nunc circa objectum
„avaritiæ, nunc circa objectum ſuper
„biæ &c. vera ergo neceſſitas ſtat
„po

„potest cum necessitate infallibilitatis Sæc.XVIII.
„& consequentiæ, exclusa Necessitate A.C.1722.
„absoluta.„

„Neque juvare potest Dominum „Lengrand, quod supra, n. 1. dicat de„lectationem cælestem terrena superio„rem nullam imponere necessitatem „voluntati: nam certum est ipsum sicut „& Jansenium ac Dominum Marechal „admittere sub quacunque delectatione „alteram superante, necessitatem, quam „appellant consequentem, voluntariam, „infallibilitatis & consequentiæ, cum „igitur ait, nullam imponi necessita„tem, intelligendus est de necessitate „quæ sit inimica libertati, quæ sit a„gentibus naturalibus propria, aut „quæ sit immutabilis. At Jansenius „sexcenties protestatus est, se etiam „talem necessitatem rejicere: concluden„dum igitur, esse quamdam speciem „necessitatis, quæ a Novatoribus di„citur necessitas consequens, voluntа„ria, infallibilitatis, ac consequentiæ, „& quæ revera inimica est libertati, „non quidem libertati a coactione, „quam Jansenius appellat essentialem „& generalem, sed libertati a necessi„tate, seu libertati indifferentiæ, de qua „Jansenius lib. 6. de gratia Salvatoris. „Capite octavo, quamvis, inquit verissi„mum sit, voluntatem sub gratia Dei ab „agendo posse cessare, sicut & in Adamo,

Sæc. XVIII. A. C. 1722

„, & Angelis ſine ulla dubitatione ce-
„ſare potuit: hoc tamen ut dixi, vera
„libertati voluntatis humanæ, jura
„Auguſtinum, per accidens conjun-
„ctum eſt. Hanc libertatem varii Jan-
„niſtæ recentiores in Belgio *accidentalem*
„nominant, illamque parvi faciunt &
„undequaque extenuant ſolliciti ſervare
„præſertim illam libertatis ideam, ſe-
„cundum quam dicitur *facultas electiva*
actuum humanorum Domina ſeu potiſſi-
vivendi, ut volumus. Vi cujus hom-
„facit aliquid ſi vult, ſi non vult
„non facit, rejecta autem ſaltem tra-
„cita definitione communiſſima liber-
„tatis, quæ eſt, *poteſtas agendi & non*
agendi poſitis omnibus ad agendum præ-
quiſitis. Addunt nihilominus, facul-
„tatem electivam, quatenus in hoc
„ſtatu eſt meriti & demeriti fundativa,
„exigere aliquam indifferentiam con-
„tradictionis ſaltem, ideoque ſub quavis
„delectatione alteram ſuperante agno-
„ſcunt potentiam ad oppoſitum, quam
„identidem politice, ſeu potius fra-
„dulenter vocant, *proximam*, *completam*
„*promptam*, *expeditiſſimam* ſubintellecta
„aliqua particula alienante, quamvis
„revera nexu & vinculo delectationis
„majoris ſit in his circumſtantiis in-
„diſſolubiliter conſtricta & ligata, im-
„pedita, affixa, abrepta, præcipitata
„& ſervituti addicta, donec delectatio
„opi-

„oppoſita major ſupervenerit, quæ po- Sæc.XVIII.
„tentiam priori vinculo expeditam in A.C. 1722.
„alteram ſervitutem præcipitet. Ita-
„que fatendum eſt, delectationem ſu-
„periorem, juxta primarios Collegii
„Regii Profeſſores non inducere ne-
„ceſſitatem coactionis, neque neceſſita-
„tem abſolutam determinationis, ve-
„rum illa delectatio, fatentibus ipſis
„Profeſſoribus inducit neceſſitatem
„quam ipſimet, Janſenio ſuggerente,
„appellant *voluntariam & conſequentem*,
„quæ proculdubio eſt etiam neceſſitas,
„*infallibilitatis & conſequentiæ*. Quis au-
„tem non videat, hanc neceſſitatem
„eſſe *antecedentem* & ſenſu Catholico-
„rum *involuntariam*, cum fundetur in
„pondere & exceſſu delectationis ante-
„cedentis, quæ non eſt in noſtra pote-
„ſtate, & quæ non poteſt eſſe inſtru-
„mentum Dei applicantis ad agendum,
„& perficientis libertatem eo modo, quo
„ſentit Schola Thomiſtica, ſecundum
„quam Deus determinat quidem ad
„agendum concurſu prævio, phyſico,
„& mirabili, non autem pondere &
„exceſſu alicujus delectationis, ſicut fit
„in bilance. Quod ſane clariſſimum
„eſt in delectatione terrena oppoſitam
„ſuperante, quæ cum ſit mala, non
„poteſt eſſe inſtrumentum Dei cauſſan-
„tis modum libertatis in actione pec-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„caminoſa. Ex quo formari poteſt hoc
„argumentum in favorem Scholæ Tho
„miſtarum: *Delectatio terrena, cum non
ſit inſtrumentum Dei, non poteſt majo
cauſſare libertatem ſuo pondere, ſeu ex
ceſſu graduum, quam ſumma auri præpo
derans poſſit eam cauſſare in bilance atq
delectatio cæleſtis & terrena habent eun
dem modum determinationis juxta ſuos a
ſertores: ergo nec delectatio cæleſtis terre
nam ſuperans poteſt eam cauſſare,* quo
Deus *mirabili ac ineffabili poteſtate operet
tur in cordibus noſtris actiones* bonas d
„liberas, Auguſtinianum eſt, quod v
*luntate Dei efficaciſſima, ea fiant, quæ fie
vult, & eo modo quo fieri vult, contingen
ter aut neceſſario,* Thomiſticum eſt. Quo
„autem Deus actiones liberas produci
„pondere, ſeu exceſſu graduum ab
„cujus delectationis alteram compe
„ſcentis, novum eſt, Janſenianum e
„& contra manifeſta rationis princip
„Modus, quo Deus in Nobis liberta
„tem cauſſat, myſterio non vacat, ne
„immerito dicitur eſſe ſupra rationem
„Quis igitur ſuccenſeat Theologis, hu
„effectum in mirabilem Dei poteſtate
„refundentibus? modus autem cau
„ſandæ libertatis majori pondere de
„lectationis tam perimit libertatem
„quam modus tuendi æquilibrium p
„lancis inæquali pondere deſtruit æqu
„librium

„librium, ergo modus ille rejiciendus „eſt ut hæreticus. Major igitur delecta„tio non habet ſe reſpectu Libertatis „ſicut prædeterminatio phyſica: & „quamvis non tollat poteſtatem fa„ciendi oppoſitum, *ſi voluerit*, ut lo„quitur D. Marechal & conſentit D. „Lengrand, neque potentiam phyſi„cam, ſeu mutabilitatem potentiæ „activæ determinabilis pondere alte„rius delectationis, tollit tamen veram „& genuinam liberi arbitrii potentiam, „de qua S. Thom. 1. p. q. 82. a. 2. ubi „poſtquam in corpore dixit, *liberum arbitrium indifferenter ſe habet ad bene eligendum vel male*, ad ſecundum ait: *dicendum quod Facultas nominat quandoque poteſtatem expeditam ad operandum: & ſic Facultas ponitur in definitione liberi arbitrii.* Ex quibus lucet, neceſſitatem „Janſenianam a Profeſſoribus Regii Col„legii admiſſam, eſſe mediam inter ne„ceſſitatem coactionis, & neceſſitatem „abſolutam determinationis: ſub qua „neceſſitate Janſeniana remanet qui„dem potentia ad oppoſitum ligata, „impedita, conſtricta vinculo delecta„tionis majoris, non vero potentia ex„pedita, nec proinde potentia proxima, „prompta & completa. Ad hoc ſedulo „advertat Lector, ne ambiguis Janſe„niſtarum locutionibus circumvenia„tur:

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„tur: sciat Jansenistis in omni quæstio„ne de gratia, ubi a Catholicis dis„dent, semper adesse locutiones appa„renter contradictorias, quibus, salva „perversi systematis substantia, pro re„tione circumstantiarum utantur, vel ut „Catholicos seducant, vel ut difficulta„tibus se expediant, vel ut periculis „quandoque imminentibus se sub„ducant. „

§. LXXIII.

ARTICULUS IV.

Juxta Doctorem Marechal infirmitas hujus status non se tenet, ex parte potentiæ antecedentis. Et Facultatis censura.

Hanc in rem Facultas quamplurimas propositiones ex utriusque Doctoris aliorumque scriptis fusius refert, quam eas integre adducere, instituti nostri ratio permittit, quæ tamen mens horum Doctorum, & Facultatis desuper fuerit, patebit ex ejusdem censura, cujus tenor est sequens:

Observandum I. *hos Doctores agere de libertate, qua homo gaudet sub gratia Salvatoris, & Concupiscentia, adeoque de illa, sub qua homo meretur, & demeretur*

tur in ſtatu naturæ lapſæ. Hinc Dominus Lengrand objecta ſibi tertia propoſitione Janſeniana, quæ meritum & demeritum ſpectat, non negat ſe agere de illa libertate, ſed ſolum reponit, cum præmotione phyſica ſtare neceſſitatem conſequentiæ, non vero conſequentis, ita Janſenius 1. 6. 7. & 8. de Grat. Salv. ſcribebat de libertate ad meritum & demeritum requiſita.

II. *Illos cum Janſenio libertatem definire:* poteſtas vivendi ut volumus, ſeu ut voluéris. Eosdem proinde in ſtatu naturæ lapſæ agnoſcere libertatem a coactione, qua prævia rationis directione volumus.

III. *Janſenium* quidem *aperta fronte rejicere communiſſimam* libertatis *definitionem: poteſtas agendi & non agendi poſitis omnibus ad agendum prærequiſitis, ſed illos Profeſſores Magiſtro aliquatenus cautiores, contentos fuiſſe illam definitionem altiſſimo ſilentio involvere.*

IV. *Eosdem Profeſſores ſicut & Janſenium, a libertate definita & agnita in hoc ſtatu, excludere neceſſitatem abſolutam, neceſſitatem Naturæ, qualis eſt in igne ad comburendum, in Bellua ad ambulandum, neceſſitatem conſequentis inimicam libertati: ſed ipſos cum illa libertate conjungere aliam ſpeciem neceſſitatis, quam illis placet appellare, neceſſitatem conſequen-*

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

quentem, neceſſitatem voluntariam, neceſſitatem infallibilitatis & conſequentiæ. Illos pariter cum eadem libertate copulant impotentiam & impoſſibilitatem ponendi oppoſitum, quam dicunt voluntariam, liberam & ex ſuppoſitione, quamvis fatentur illam impotentiam, ſicut & neceſſitatem conſequentem, oriri ex vi delectationis antecedentis, ſecundum quam neceſſe eſt operari. Illos Nihilominus præeunte & inculcante Janſenio, admittere ſub quacunque delectatione facultatem electivam, Dominium ſuper actum, indifferentiam electivam contradictionis & contrarietatis, non potentiam ad oppoſitum. Certum eſt, inquit D. Marechal in prænotatis q. 3 indifferentiam ad bonum & malum agendum, neceſſariam eſſe libertati creaturæ in ſtatu naturæ lapſæ conſideratæ ſaltem ad merendum & demerendum.

V. *Eodem Janſenio oculatiores, potentiam ad oppoſitum, quæ ad libertatem requiritur æquiparare ac comparare cum poteſtate ridicula, quam habet homo gravis, ſui compos, nobilis, aut in dignitate conſtitutus, extra caſum neceſſitatis, aut Stultitiæ ſupervenientis, quam inquam habet, ad abſcindendum ſibi naſum, aut digitum, ad incedendum nudo corpore in medio fori de die, ad exiliendum ex altiori feneſtra &c.*

Domi-

VI. *Dominum Marechal ſpeciatim, tanquam ſervidum Janſenii diſcipulum, hanc ponere diſparitatem inter præmotum ad amorem, & vinculis ligatum, quoad libertatem, quod vincula non ſint in noſtra poteſtate, quia homo ligatur invitus, ideoque de illo dici nequeat, quod poſſit currere ſi velit. Præmotio autem terminative ſumpta ſit in noſtra poteſtate, quia importat actum voluntatis, qui ſub iſta ratione eſt omni modo in noſtra poteſtate, cum præſto ſit, dum volumus, quod inſuper præmotio ſit ſecundum noſtram inclinationem, & accommodata noſtræ naturæ, cum ſit amor, non autem vincula. In quibus omnibus laudatur quidem libertas a coactione, ſed nulla mentio fit de libertate a neceſſitate.*

VII. *Juxta eundem, motionem Dei efficacem terminative ſumptam, eſſe in poteſtate hominis lapſi, quia homo lapſus divinæ motioni cooperatur, ratione cujus dicebat Auguſtinus,* aguntur homines per gratiam, ſeu motionem Dei non ut nihil agant, ſed ut aliquid agant.

VIII. *Ambos Profeſſores Janſenium ſectantes libertatem repetere ex actu cum ratione poſito, potius quam ex poteſtate indifferenti ad agere & non agere.*

Memoria recolendum eſſe illos Profeſſores juxta Cenſuram articuli præcedentis docere horrendum delectationum neceſſitantium ſyſtema.

His

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

His omnibus mature consideratis, ... set Sacra Facultas, Dominos Lengrand & Marechal aperte tradidisse discipulis suis tertiam hæresim Jansenianam, quæ hujus tenoris est: ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione. Quod fusius explicari posset his terminis: ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ requiritur quidem libertas excludens necessitatem naturalem, necessitatem absolutam & immutabilem sed non requiritur libertas opposita necessitati simplici & mutabili ortæ ex Principio antecedente, & quantumvis determinante ad volendum, modo illa necessitas juxta novi dictionarii Jansenianî præscriptum appelletur voluntaria, consequens, infallibilitatis, consequentiæ: summa difficultas. Aut illi addantur hæ aut similes particulæ infallibilitatis & consequentiæ, secundum quid, ex hypothesi, ac proinde sufficit libertas a coactione seu ab illa vi, qua aliquid Nobis invitis & reluctantibus fieret, cum excluso necessitatis naturalis, absolutæ & immutabilis magis teneat se ex parte subjecti & status, quam ex parte libertatis ut sic. Posset rursum ista hæresis exponi hoc modo: ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ necessaria quidem est illa libertas indifferentiæ seu potestatis ad agendum

& non agendum, quæ immutabili potentiæ activæ oppoſita eſt, ſed non requiritur illa libertas indifferentiæ, quæ excludit neceſſitatem ſimplicem, variabilem, ſeu deſultoriam, ſecundum quam voluntas poteſt agere neceſſario, modo ex vi delectationis cæleſtis ſuperantis terrenam, modo ex vi delectationis terrenæ ſuperantis cæleſtem: adeoque ſufficit libertas a coactione, qua voluntas ſub rationis ductu velit, nunc ex determinatione unius delectationis invincibilis, nunc ex determinatione alterius delectationis ſimilis. Quod aſſerit *D. Marechal* infirmitatem, quam experimur in hoc ſtatu naturæ lapſæ, ægræ debilis, ſauciatæ &c. *non tenere ſe ex parte potentiæ antecedentis, ſeu actus primi, ſed tantum ex parte actus ſecundi, manifeſte adverſatur Scripturis, ſummis Pontificibus, Conciliis Patribus S. Thomæ & generali ſcholaſticorum ac fidelium perſuaſioni.*

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Hinc capite quarto illius collectio„nis, quæ epiſtolæ Cæleſtini Papæ ad „Epiſcopos Gallos ſubjecta eſt dicitur. „In prævaricatione Adæ homines omnes „naturalem poſſibilitatem & innocen„tiam perdidiſſe, & neminem de pro„fundo illius ruinæ per liberum arbi„trium poſſe conſurgere, niſi eum gra„tia Dei miſerentis erexerit, pronun„tiante beatæ memoriæ Papa Inno„centio atque dicente in epiſtola ad

Sæc. XVIII. A. C. 1722. „Carthaginenſe Concilium, liberum e-
„nim arbitrium ille perpeſſus, dum
„ſuis inconſultius bonis utitur, ca-
„dens in prævaricationis profunda,
„demerſus eſt, & nihil, quemadmodum
„exinde ſurgere poſſet, invenit, ſua-
„que in æternum libertate deceptus,
„hujus ruina jacuiſſet oppreſſus, nisi
„eum poſt, Chriſti pro ſua gratia reſe-
„vaſſet adventus &c.

„Et Canone 1. Concilii Arauſicani
„ſecundi, ſi quis per offenſam præ-
„varicationis Adæ non totum, id eſt,
„ſecundum corpus & animam, in de-
„terius dicit hominem commutatum,
„ſed animi libertate illæſa durante,
„Corpus tantummodo corruptioni cre-
„dit obnoxium, Pelagii errore dece-
„ptus, adverſatur Scripturæ dicenti:
„*Anima quæ peccaverit, ipſa morietur.*
„Et neſcitis, quoniam cui exhibitis vos
„ſervos ad obediendum, ſervi eſtis ejus
„cui obeditis? A quo quis ſuperabitur,
„ejus & ſervus addicitur.

„Item Can. 13. Arbitrium voluntā-
„tis in primo homine infirmatum, nisi
„per gratiam Baptismi non poteſt re-
„parari. Quod amiſſum, niſi a quo
„potuit dari, non poteſt reddi, unde ipſa
„veritas dicit, ſi vos filius liberaverit,
„tunc vere liberi eritis. Et Can. 22.
„Nemo habet de ſuo niſi mendacium &
„peccatum. Simi-

„Similia reperiri est in Patribus, ac „speciatim in Augustino & Prospero. „Eamdem veritatem agnoscit Triden- „tinum Sess. VI. c. 1. Tametsi liberum „arbitrium minime extinctum esset vi- „ribus licet attenuatum & inclinatum. Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Idem confitetur S. Thomas 1. 2. „q. 109. a. 20. his verbis. Quia ta- „men natura corrupta per peccatum „non est totaliter corrupta, ut scilicet „toto bono naturæ privetur, potest qui- „dem etiam in statu naturæ lapsæ per „virtutem suæ naturæ aliquod bonum „particulare agere (sicut ædificare do- „mos, plantare vineas & alia hujus- „modi) non tamen totum bonum con- „naturale; ita quod in nullo deficiat, „sicut homo infirmus potest per seipsum „aliquem motum habere, non tamen „perfecte potest moveri motu hominis „sani, nisi sanetur auxilio Medicinæ. „Sic igitur virtute gratuita superaddita „virtuti naturæ indiget homo, in statu „naturæ corruptæ quantum ad duo: sci- „licet ut sanetur & ulterius ut bonum „supernaturalis virtutis operetur. His „accedit ratio manifesta: *Cum enim* in- „quit D. Lengrand disput. 4. q. 2. 2. „obi. 2. inst. 2. in resp. *Homo in statu naturæ corruptæ comparatur homini viatori a latronibus spoliato & vulnerato, ac semivivo relicto, de quo mentio est in Evange-*

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

lio, debet ſanari, elevari, & ad agendum applicari.

„Eamdem gratiæ ſanantis & eleva-
„tis neceſſitatem agnoſcit D. Marechal
„nec ſui Collegæ comparationem re-
„cere poteſt, atqui infirmitas viator
„ſemivivi relicti tenet ſe ex parte act
„primi: ergo &c. deinde ſanatio, elevat
„reparatio, & termini æquipollent
„reſpiciunt actum primum. Non pote
„igitur D. Marechal aſſerere infirmit
„tem in hoc ſtatu non tenere ſe
„parte actus primi, niſi loquendo pu
„nantia & contradicentia.

„Animadverſione etiam dignum e
„quod generatim ſtatuit D. Marechal
„*non amare Deum, malum eſt*, nam quam
„vis hoc verum ſit, ubi præcept
„amandi urget, quod ſine dubio, ſ
„*quenter, frequentius* imo *frequentiſſime*
„ſtat, tum per ſe, tum per accide
„fieri tamen poteſt, ut omiſſio amo
„non ſit mala, cum præceptum amand
„utpote affirmativum, non ſemper o
„liget, ut docet S. Thomas & p
„eum omnes Scholaſtici.

§. LXI

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

§. LXXIV.

ARTICULUS V.

Hi Doctores cum Jansenio negant resistentiam & potestatem resistendi gratiæ in hoc statu.

Hunc errorem Duacenses colligunt ex Lengrandii Disp. IV. de Concursu, ubi I. ait S. Augustinum, varia Concilia & Pontifices docent voluntatem applicari a Deo motione, quæ facit, ut voluntas faciat, quæ est efficax efficacia fundata in omnipotentia Dei & Dominio, quod habet in voluntatem creatam, per quam inclinat cor ad agendum invincibiliter & irresistibiliter, quæ in nobis agit, quicquid vult. II. Gratiæ interiori efficaci quidem nunquam resistitur, bene tamen inefficaci & excitanti, cui sæpe resistitur propter dominantem concupiscentiam, quæ sufficiens dicitur, quia ei frequenter resistitur. III. Quæstio juris est propositio a loco, tempore, ceterisque circumstantiis non dependens proin necessaria est hæc propositio: *gratia Christi est efficax:* quæstio facti est hæc: *S. Augustinus admisit gratiam Christi efficacem.* IV. Determinatio quoad intensionem, est determi-

Sæc. XVIII A. C. 1722.

natio ad agendum fortiori modo seu majore amore, sic determinatio hominis ad conversionem fortior est determinatione, qua determinatur ad desiderium conversionis, hæc determinatio vocatur aliter motio sufficiens, altera motio efficax. V. Deus cor hominis movet irresistibiliter & præbendo vires efficacissimas. VI. Homo sæpius resistit motioni sufficienti, non autem efficaci. VII. Motio sufficiens semper consequitur suum effectum immediatum, scilicet dare potentiam completam & expeditam actum bonum exercendi, vel ejus desiderium, non tamen effectum ultimum, seu actum pœnitentiæ vel charitatis, ad quem producendum a Deo data est, idque propter resistentiam voluntatis, vel concupiscentiam bonorum terrenorum. Has pluresque propositiones Facultas censuit esse consonas doctrinæ Jansenii & quidem primam haberi in lib. 2. de Grat. Salv. cap. 24. *Ex isto efficaci imperandi modo* &c. II. Ibid. c. 25. *Hæc itaque est vera radix* &c. III. Ibid. c. 24. *Nec vero moveat* &c. IV. Lib. 4. de Grat. Salv. c. 20. Cum nulla sit gratia &c. V. Lib. 2. de Grat. Salv. c. 31. *Omnino efficit* &c. VI. Lib. 3. de Grat. Salv. c. 4. *Hinc ulterius docet Augustinus nullam Christi gratiam* &c. VII. Lib. 3. de

de Grat. Salv. c. 2. Prædetermina- Sæc. XVIII.
tio physica talis esse dicitur &c. A.C. 1722.

Eapropter Facultatis censura erat sequens:

Juxta Lengrandium & Jansenium, S. Augustinus ubique docet, voluntatem applicari a Deo motione, quæ facit ut faciamus, quæ est efficax efficacia fundata in omnipotentia Dei, & Dominio, quod habet in voluntatem creatam, per quam inclinat cor ad agendum invincibiliter & irresistibiliter, quæ non in nobis agit quidquid vult. Fatetur nihilominus idem Professor cum Jansenio. Gratiæ interiori, inefficaci & excitanti sæpe resisti eo genere resistentiæ, quæ oritur ex Concupiscentia dominante. Hæc gratia inefficax & excitans, addit Profes- „sor primarius, *sufficiens dici solet.* In „statu Innocentiæ, inquit, non opus „erat alio adjutorio, quam *sufficienti & „sine quo*, sed in statu naturæ lapsæ ho- „mo indiget *adjutorio quo seu efficaci*, „nec virtute gratiæ sufficientis potest se „ad bonum determinare. Hæc propo- „sitio, gratia Christi est efficax, est pro- „positio necessaria. Non ignorat D. „Lengrand, propositionem indefinitam „necessariam æquivalere universali: „omnis igitur gratia Christi est efficax.

„Lengrandio & Jansenio Yprensi „concinit D. Marechal. Determinatio „hominis, inquit ad conversionem for-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„tior est illa determinatione ad desi-
„rium conversionis. Hæc determinatio
„vocatur aliter motio sufficiens, alter
„motio efficax. S. Augustinus asserit,
„Deum movere cor hominis irresisti-
„liter & præbendo vires efficacissimas.
„Motio sufficiens est motio interior d
„actualis, quæ suum ultimum non
„consequitur effectum ob resistentiam
„humanæ voluntatis & *Concupiscentiæ*.
„Talis est motio, ait, qua movetur ho-
„mo *ad desiderium conversionis præcis*
„motio sufficiens suum semper conse-
„quitur effectum immediatum, scilicet
„dare potentiam completam & expedi-
„tam actum bonum exercendi, *vel ejus*
„*desiderium*, *vel ejus cogitationem*: at non
„semper effectum suum ultimum pro-
„ducit. Conveniunt, ait, Thomistæ
„cum Molinistis in vocabulo gratiæ suf-
„ficientis, sed tamen diversa est apud
„illos istius vocabuli significatio. Mo-
„tio Dei sufficiens est delectatio victrix
„indeliberata, homo sub concupiscen-
„tia, secundum quam necesse est ope-
„rari, habet impotentiam liberam, vo-
„luntariam & consequentem ad bonum,
„ideoque gratiæ resistit. Motio Dei
„sufficiens, seu inferior concupiscentia
„necessitante, non potest quidem resi-
„stere concupiscentiæ potentia consi-
„quente positionis & futuritionis; sed
„potest

„poteſt potentia antecedente, poſſibilita- Sæc. XVIII.
„tis ſeu potentia ab actu ſejuncta. Unde A. C. 1722.
„homo ſub illa gratia habet potentiam
„promptam reſiſtendi concupiſcentiæ,
„quamvis nunquam eventurum ſit, quod
„illi de facto non conſentiat cum illa
„motione: Auxilium hujus ſtatus eſt
„*auxilium quo ſeu efficax*, ſed in ſtatu
„innocentiæ ſatis erat *auxilium ſine quo*
„*ſeu ſufficiens*. Equidem omnis actio
„bona & ſalutaris, adeoque & deſide-
„rium converſionis, in hoc ſtatu de-
„pendet a Deo ſpecialiter præmovente,
„ſeu a gratia efficaci.„

„His omnibus ſumma cum atten-
„tione perpenſis judicat S. Facultas
„D. D. Lengrand & Marechal ex pro-
„feſſo & aperte docuiſſe ſecundam &
„quartam hæreſim Janſenianam, qua-
„rum illa hujus eſt tenoris: *interiori*
„*gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ nunquam*
„*reſiſtitur*. Hæc vero, ut eſt præciſe dog-
„matica & a ſemipelagianorum facto ſe-
„juncta ſic exprimitur, gratia præve-
„niens interior non eſt talis, cui poſſit
„humana voluntas reſiſtere vel ob-
„temperare.„

„Reſiſtentia in hoc genere non eſt
„præciſe aliquis reniſus, ut quædam
„lucta adverſus gratiam vincentem,
„nec etiam qualiscunque omiſſio effectus,
„ad quem gratia excitat, ſed eſt omiſ-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„ſio libera illius actus, ad quem gra-
„tia interior tenens ſe ex parte volun-
„tatis datur, ad quem movet, ad quem
„vere ſufficiens eſt, ad quem potestа-
„tem proximam largitur. Tolle liber-
„tatem omiſſionis, & non erit reſiſtentia
„culpabilis ſed omiſſio neceſſaria, tol-
„veram ſufficientiam gratiæ ad actum
„ſeu poteſtatem proximam illius actus
„exercendi, hoc ipſo perimis liberta-
„tem omiſſionis. Idem dic cum pro-
„portione de poteſtate reſiſtendi gratiæ
„quæ eſſentialiter requirit libertatem
„ex parte actus primi.

„D. D. Lengrand & Marechal fa-
„ſunt quidem cum Calvino & Janſeni-
„aliisque hæreticis vim gratiæ ſuppe-
„modum efferentibus, gratiam inter-
„dum deſtitui effectu, ad quem movet,
„ſed illam effectus omiſſionem tribue-
„runt concupiſcentiæ dominanti, ſecun-
„dum quam neceſſe eſt operari, &
„proinde negarunt illam reſiſtentiam
„illamque poteſtatem gratiæ reſiſtendi
„quam Eccleſia in hoc ſtatu agnoſcit
„& ſine qua peccatores ratione nou-
„rum actualium increpari, ac æternis
„puniri non poſſunt.

§. LXXI.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

§. LXXV.

Doctrina Facultatis Duacensis his principiis oppositа.

Quid vero hac in re Facultas doceat, his expoſuit verbis:

I. Gratia, quam hic Doctor cum Janſenio excitantem ac efficacem vocat, non obtinet quidem effectum mediatum ad quem movet, ſed non privatur illo effectu cujus eſt capax, privatio ſupponit capacitatem ſubjecti, aut cauſſæ efficientis, ſed mera negatio præſcindit a capacitate. Igitur illi gratiæ nequaquam reſiſtitur: cum effectu nullo privetur.

II. Illa gratia, inquit idem Profeſſor, dici ſolet ſufficiens, ſed non eſt ipſi ſufficiens, cum non minus ſit efficax volitionis infirmæ, quam gratia ſimpliciter efficax eſt efficax volitionis robuſtæ. Illa igitur gratia eſt efficax reſpectu volitionis perfectæ ad quam inſufficiens eſt, non vero reſpectu volitionis imperfectæ ad quam ſufficit. Vide Janſ. ſupra n. 4. & 5.

III. Si ad reſiſtentiam gratiæ ſatis ſit, illam deſtitui effectu mediato, ad quem movet, ſed ad quem inſufficiens eſt, ergo nec Calvinus nec Janſenius, nec ulli alii hæretici in hac materia argui poſſunt negatæ in hoc ſtatu reſiſtentiæ, cum certiſſime agnoverint,

&

Sæc. XVIII A.C. 1722

& experti sint, homines identidem non ponere actus virtutum, ad quos per internam Dei gratiam excitabantur. Ecclesia igitur contra illos definiens interiori gratiæ in statu naturæ lapsi aliquando resisti, significavit adesse potestatem proximam ad actum quo gratia interior destituitur. Præterea quod ajunt, gratiam semper habere effectum immediatum, distingui debet. Si intelligant, de effectu immediato in genere causæ formalis, qui est intellectus & voluntatem moveri ad aliquem actum vitalem, verum est. Hic enim effectus non distinguitur ab ipsa operatione Dei recepta in creatura: Si vero intelligant de effectu immediato in genere causæ efficientis, nova distinctione opus est, vel enim comparant operationem Dei ad actum indeliberatum v. g. desiderium conversionis vel alium actum sive imperfectum sive etiam perfectum qui sit indeliberatus, & sub ista consideratione verum est rursus assumptum. Si autem comparant gratiam ad actum deliberatum sive imperfectum sive perfectum, falsum est. Homo enim gratia imbutus, potest abstinere, & revera aliquando abstinet ab omni effectu immediato, deliberato, sive perfecto sive imperfecto, ad quem gratia vera præbet sufficientiam, & ex ordine

huius

hunc effectum tantum petenda est resistentia proprie dicta.

IV. Si gratiæ tenui, seu minus intensæ resistatur propter omissionem effectus mediati, ad quem ex voluntate Dei antecedenter ordinatur, & ad quem insufficiens est: ergo etiam gratiæ forti, seu intensiori sæpe resistitur, propter defectum perseverantiæ, ad quam ex voluntate Dei antecedente tendit & destinatur.

V. Nec obstat quod D. D. Lengrand & Marechal asserant, interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ aliquando resisti: nam in eodem modo intelligunt, quo Jansenius supra n. 3. sicut igitur juxta Jansenium homo delectatione terrena superante cælestem, necessitatur ad malum, ac proinde cogitur gratiæ dissentire, seu in boni veleitatibus hærere, ita & juxta Professores, delectatio terrena major cælesti necessitat ad malum, cogit hærere in desiderio conversionis, vel in cogitatione boni aut alio actu imperfecto, & hoc Jansenii sensu, appellant resistentiam. Resistentia autem necessaria, sicut & dissensus Jansenii necessarius, non est resistentia a Trid. & summis Pontificibus definita.

VI. Verum opponet D. Marechal, se non semel dixisse, gratiam minus intensam esse sufficientem, illamque determi-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

terminare ad desiderium conversionis præcise, vel ejus cogitationem aut alium actum imperfectum.

Respondetur, gratiam minus intensam, seu delectatione terrena inferiorem, isti Professori esse sufficientem ad effectum immediatum, quem assequitur, scilicet ad desiderium conversionis vel ejus cogitationem, non vero sufficientem ad actum, quem non obtinet. Hinc illa gratia ab eodem Professore dicitur *victrix*. Itaque si illa gratia comparetur ad conversionem, vel alium actum completum, quem non obtinet, est ipsi tantum sufficiens Theologice & Thomistice seu *cum particula alienante* prout intelligitur a novis Theologis & Pseudo-Thomistis. Quis nisi Pelagianus aut Semipelagianus ausit dicere gratiam qua inspiratur *cogitatio* conversionis, esse sufficientem ad actum conversionis?

VII. Quod ait idem Professor, Thomistas convenire cum Molinistis in vocabulo *motionis sufficientis*, quia utrique admittunt gratiam sufficientem, sed tamen diversam esse apud illos istius vocabuli *sufficientis* significationem: quod inquam, ait iste Professor, falsum est, calumniosum & a Jansenistis confictum ad abrumpendam unionem, quæ inter Scholas Catholicas vigere debet, ut favore

favore divisionis inductæ, res imperii Jansenianí promoveant juxta effatum politicum, *divide & impera.* Itaque conveniunt omnes Scholæ Catholicæ non solum in vocabulo *gratiæ sufficientis*, sed potissimum in ipsa re, in ipsa idea, & significatione gratiæ sufficientis. Gratia sufficiens omnibus Scholis illa est, quæ intus voluntatem afficiens pervicacia voluntatis humanæ, privatur effectu suo in iis circumstantiis, in quibus ad illum potestatem proximam completam & expeditam largitur, ad quem proinde vere & proprie sufficiens est. Sermo est de gratia proxime sufficienti. Nam si agatur de gratia remote sufficienti qua tali, qualis est gratia sufficiens ad orandum comparata ad pœnitentiam v. g. aut actum amoris Dei, paulo aliter loquendum est, illam scilicet tribuere quidem potestatem proximam ad orationem, qua privatur, non vero ad pœnitentiam, aut amorem Dei, ad quem remote & mediate duntaxat sufficit. Sæc. XVIII. A. C. 1722.

VIII. Nec prædictæ descriptioni officit opinio Scholæ Thomisticæ, juxta quam præter gratiam sufficientem ad agendum, requiritur præmotio physica per modum Applicationis ad actum, nam ista præmotio physica, juxta suos defensores non magis requiritur ad sufficien-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

cientiam quam concursus in actu secundo ad eam necessarius sit juxta Molinistas. Quod autem Scholæ Catholicæ se mutuo lacessant, aut potius exerceant variis argutiis, consequentiis & quæstionibus opinativis, quæ aliquam connexionem, seu relationem habent cum dogmatibus, non impedit veram & sinceram unionem quoad dogmata. Ita Thomistæ, Scotistæ, Molinistæ conveniunt circa Eucharistiam, liberum arbitrium, Mysteria Trinitatis & Incarnationis, conveniunt inquam, non solum quoad vocabula, sed etiam potissimum quoad res ipsas, rerum ideas & vocabulorum significationes, quamvis inter se discrepent, quoad modos & variis consequentiis sese impetant. sic admissa veritate Eucharistica statuit Thomista, ad hoc requiri reproductionem Corporis Christi, id negat Scotista asserens sufficere adductionem, sic omisso libero arbitrio, contendit Molinista, ad id requiri sensum compositum negat Thomista, cui sensus divisus sufficit. Simile quid occurret in omnibus veritatibus Catholicis, si illæ singillatim lustrentur. Ita pariter hic Catholici omnes bona fide convenient, ut supra diximus, circa gratiam sufficientem quoad rem ipsam, rei ideam & vocabuli significationem, sed Thomista

admissa hac veritate, docet potestatem proximam & completam ad agendum, seu gratiam vere sufficientem ad actum illius potentiæ, applicandum esse ad actum per physicam prædeterminationem: Molinista vero infert, gratiam non fore sufficientem, si præter eam requiratur motio applicans ad agendum. An quod inferet Molinista, tribuendum est Thomistæ idipsum neganti? An Thomista & Molinista mutant liberi arbitrii fidem & ideam, quia circa illud variis disputationibus sese fatigant, ac prope obtundunt. Permisit Deus ista Scholarum dissidia propter bonos fines, sed salva unitate fidei, quam in Ecclesia tuebitur usque ad consummationem sæculi, desinant igitur Jansenistæ zizania superseminare, & Scholarum Catholicarum pacem & concordiam nequitia ac astutia sua seu calumniis & fraudibus perturbare. Ab Anno 80. circiter comedias ac interdum tragedias in Ecclesia agunt illi Novatores, & quamvis larva ipsis identidem detrahatur, tricari & fideles circumvenire, non cessant, ut erroribus suis irretiant. Sæc. XVIII. A.C. 1722.

IX. Observandum quoque, Gratiam sufficientem Molinistarum ac Thomistarum esse quidem inefficacem ac excitantem, sed præterea habere hanc perfectionem peculiarem, quod sit

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

vere sufficiens, quod potestatem proximam & expeditam largiatur, quæ proinde non elidatur per delectationem terrenam superiorem, secundum quam necesse sit operari. At D. Lengrand admittit quidem aliquam perfectionem genericam gratiæ sufficientis cum imperfectionibus, sed non superaddit perfectionem specificam, seu formalitatem, qua constituitur in esse sufficientis & roborantis, seu dantis potentiam expeditam ad agendum, imo contendit illam qualemcunque gratiam tenuem, parvam, & delectatione terrena inferiorem sic comprimi, ut necesse sit secundum delectationem superiorem operari malum. Alieniſſimi sunt Thomistæ & Molinistæ ab hac novellæ gratiæ idea & quidditate. Igitur gratia inefficax admissa a D. Lengrand & Jansenio, est quidem inefficax respectu effectus, quem obtinere nequit; sed est efficax totius effectus, cujus est capax. Hinc Jansenius supra n. 5. appositè monet, duplicem esse effectum adæquatum gratiæ Christi, scilicet volitionem infirmam, quæ gratiæ inefficaci respondet, & volitionem fortem, quæ est effectus gratiæ simpliciter efficacis, propter hanc rationem Jansenius ejusque discipuli non aliam assignant gratiam sanitatis naturæ lapsæ, quam efficacem & adju-

adjutorium quo, nullatenus distinguentes vim movendi gratiæ sive major sive minor sit, sicut enim calor remissior non minus infallibiliter, ac necessario producit effectum sibi proportionatum, quam calor intensior producat calorem intensiorem, ita & gratia minor ac major.

X. Et ne quis se decipi sinat ambiguis & mendacibus Jansenistarum aliorumque hæreticorum locutionibus, habeat semper præ oculis hæc Spiritus sancti Monita, 2. Cor. 11. Nam ejusmodi Pseudo-Apostoli, sunt operarii subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi, & non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurentur velut Ministri Justitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum: Ad Ephes. 4. ut jam non simus parvuli fluctuantes & circum feramur omni vento Doctrinæ in nequitia hominum in astutia ad circumventionem erroris 1. Timoth. 4. spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, 2. Petri 2. In vobis erunt Magistri mendaces, qui introdu-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

cent sectas perditionis, & eum qui emit eos, dominum negant, superinducentes sibi celerem perditionem, & multi sequentur eorum luxurias &c. ibid. Venient ex noviſſimis diebus in deceptione illuſores, juxta proprias concupiſcentias ambulantes. 1. Joan. 4. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, quoniam multi Pſeudo Prophetæ exierunt in mundum, denique Judas Apoſtolus in Epiſt. cath. vos autem Chariſſimi memores eſtote verborum, quæ prædicata ſunt ab Apoſtolis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in noviſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus, hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.

Janſeniſtæ igitur ſicut & reliqui hæretici, merito dicuntur operarii ſubdoli, homines nequam & aſtuti, in hypocriſi loquentes mendacia: Magiſtri mendaces, illuſores; PſeudoProphetæ, ſeductores, ſegregantes ſemetipſos ſua ſuperbia & pertinacia ab unitatis fonte & centro. Hinc ubi adeſt ſufficiens fundamentum hæreſim tribuendi Novatoribus, non oportet a priori judicio diſcedere propter aliquas locutiones ambiguas & apparenter contradicentes;

tes: alias enim fideles ab operariis ſubdolis omni vento Doctrinæ circumferrentur. Quid SS. PP. de hac ſpeciali hæreticorum fraude ſentiant videatur articulo ſequenti.

XI. Quis non admiretur induſtriam & Zelum ſeu potius furorem D. Lengrand in propagando Janſenismo. Is enim Profeſſor, dum diſcipulos præceptis logicæ imbuit, impatiens moræ, iisdem præceptis doctrinam Janſenianam permiſcet. Hæc propoſitio, inquit gratia Chriſti eſt efficax, eſt propoſitio neceſſaria, adeoque univerſali æquipollens, & gratiam Chriſti efficacem admiſit Auguſtinus. En præcipuum Janſenismi fundamentum paucis verbis expreſſum & quidem, ſi credere fas eſt ab Auguſtino traditum. Si enim omnis gratia Chriſti eſt efficax: Ergo juſti præcepta non implentes, carent gratia, qua præcepta poſſibilia fiant, ergo neceſſario peccant ac demerentur, ergo interiori gratiæ in hoc ſtatu nunquam reſiſtitur, ergo gratia non eſt talis, cui poſſimus reſiſtere vel obtemperare: Ergo Chriſtus nulli reprobo meritus eſt gratiam ad ſalutem neceſſariam, cum nullus eorum habuerit gratiam efficacem ad perſeverandum requiſitam.

Sæc. XVIII.
A C 1722.

§. LXXVI.

ARTICULUS. VI.

Præceptorum impoſſibilitas ab his Profeſſoribus ſicut a Janſenio aſſerta.

Hanc accuſationem Facultas firmabat Lengrandii doctrina ex Diſp. IV. q. 2. §. 1. Prob. VI. Ubi ait: I. Voluntas in ſtatu naturæ corruptæ per peccatum originale eſt potentia ægra, debilis & infirma, quæ ex ſola virtute gratiæ ſufficientis ſe applicare non potest ad actus, qui vires naturæ ſuperant. II. Quod homo non habeat motionem efficacem ad bene operandum, provenit ex ejus culpa vel originali vel actuali. III. Quod juſtus, qui labitur in peccatum, careat auxilio ad vitandum peccatum, oritur ex ejus negligentia, vel ex peccatis venialibus, quibus augetur concupiſcentia; unde fit, ut gratia illi data urgente præcepto, non ſit idonea ad vincendam tentationem. IV. Cum gratia actualis nulli ſit debita, poteſt Deus in pœnam peccati venialis vel originalis alicui eam denegare. V. Poteſt juſtus ſine præmotione adimplere præcepta potentia antecedente, quæ hic & nunc non ei

redu-

reducenda in actum, sed duntaxat re- Sæc. XVIII.
ducibilis, eoquod respiciat effectum A. C. 1722.
secundum se abstrahendo a circumstantiis, unde manet semper instar meræ possibilitatis. Has pluresque ejusmodi doctrinas omnino Jansenio conformes esse censuit Facultas, quia hic I. ait libro 3. de Grat. Salv. c. 2. *Nullius momenti est ad efficiendas operationes* &c. II. c. 16. *Sed addunt, frustra* &c. III. c. 13. ibid. *S. Thomas Augustini* &c. IV. Ibid. *Hæc igitur omnia plenissime* &c. V. c. 19. ibid. *Objici & illud solet* &c.

Facultatis autem censura est sequens:

„Juxta hos homo in statu naturæ „corruptæ, potest quidem se determi„nare, ac revera se determinat per so„lam gratiam excitantem & inefficacem „ad actus aliquos imperfectos supernaturales, sed ex sola virtute gratiæ suf„ficientis non potest sese applicare ad „actus, qui naturæ vires superant, ideo„que in hoc statu non datur gratia suf„ficiens, seu adjutorium sine quo, sed „solum gratia efficax, seu adjutorium „quo. Illa enim gratia, quæ propter „dominantem concupiscentiam dicitur „excitans ac inefficax, obtinet in his „circumstantiis totum effectum, cujus „hic & nunc est capax, adeoque pro„prie loquendo, est efficax. Hinc illa

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Propositio, ut habet articulo præce-
„denti, gratia Christi est efficax, et
„Propositio necessaria adeoque unive-
„sali æquipollens. Juxta eumdem Pro-
„fessorem generaliter loquentem, qu
„non servat mandata Dei, ac proinde
„motione efficaci caret, non habet om-
„nia necessaria ad illa servanda, & ne-
„hilominus juste corripitur. Quod ipse
„justus in peccatum labatur, oritur ex
„propria ejus negligentia, vel ex pec-
„catis venialibus, quibus augetur
„concupiscentia. Unde fit, ut gratia
„illi data urgente præcepto, non sit
„idonea ad vincendam tentationem.
„Hinc Deus justum non deserit quidem
„priusquam deseratur per substractio-
„nem gratiæ habitualis, sed illum prius
„deserit, quam deseratur per substra-
„ctionem gratiæ actualis. Et ita, in-
„quit, explicant Tridentini locum om-
„nes Thomistæ. Justus præcepta non
„implens defectu præmotionis physicæ
„seu delectationis cælestis superantis
„terrenam, non potest quidem illa, im-
„plere potentia consequenti, conjunc-
„cum actu, & respiciente omnes cir-
„cumstantias, sed potest illa implere
„potentia antecedente: eoquod hæc
„potentia respiciat effectum secundum
„se, abstrahendo a circumstantiis, unde
„manet semper, inquit, instar meræ
„pos-

„possibilitatis, sic, addit, vir sapiens „habet potentiam sibi nasum abscin- „dendi, tametsi hæc potentia in actum „nunquam sit reducenda. Necessitas „præmotionis specialis, ut videre est „articulo primo, repetenda est ex in- „firmitate naturæ, seu ex dependentia „naturæ debilis & infirmæ a caussa „sanante, elevante & applicante, ad- „eoque justus præmotione speciali de- „stitutus, est debilis & infirmus, ac „proinde mandata servare non potest. „Nec mirum, cum justus in illis circum- „stantiis necessitetur ad peccandum vi „concupiscentiæ dominantis. „

„Juxta Dominum Marechal auxi- „lium status innocentiæ est adjutorium „sine quo, seu sufficiens, sed auxilium „hujus status est adjutorium quo seu „efficax. Nunc enim homo vulneratus „est in bonis naturalibus & superna- „turalibus per peccatum originale. Om- „nis actio bona & salutaris dependet „a Deo specialiter præmovente: quia „Deus est, qui operatur in Nobis velle „& perficere bonum.„

„Hinc homo indiget præmotione „physica ad bene agendum: alias unus „homo redderet se altero meliorem per „solas vires suas naturales. Necessitas „præmotionis physicæ fundatur in infir- „mitate naturæ: unde homo illa præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„motione deſtitutus eſt debilis, ægr
„infirmus, adeoque caret gratia ver
„ſufficienti. Nihilominus determina
„tio ad deſiderium converſionis vo
„catur gratia ſufficiens. Motio ſuf
„ciens ſuum ultimum non conſequitur
„effectum ob reſiſtentiam humanæ vo
„luntatis & concupiſcentiæ. Talis e
„motio, qua movetur homo ad deſide
„rium converſionis præciſe. Motio
„ſufficiens ſemper dat potentiam com
„pletam exercendi bonum, vel ejus
„inſpirat cogitationem vel deſiderium
„Thomiſtæ & Moliniſtæ convenium
„in vocabulo gratiæ ſufficientis, ſed
„non in re ſignificata. Delectatio victri
„indeliberata eſt motio Dei ſufficiens
„Motio divina ad duos gradus dum
„taxat comparata ad concupiſcentiam
„ad quatuor, eſt ſufficiens ad eam vin
„cendam, imo fortior qualibet con
„cupiſcentia, quamvis nunquam eve
„turum ſit, quod homo illi defacto non
„conſentiat cum illa motione. Juſtus
„præmotione phyſica deſtitutus, præ
„cepta Dei non poteſt adimplere po
„tentia conſequente, potentia poſitio
„nis, potentia futuritionis ſed poten
„potentia antecedente & poſſibilitatis
„nam habet omnia neceſſaria quantum
„ad ſufficientiam virtutis operativæ,
„cum poſſit præcepta obſervare ſi velit.
„Jo-

„Justus ergo caret aliquando motione „efficaci requisita ad observationem „mandatorum Dei: sed hoc oritur ex „ejus culpa actuali vel originali, eo„quod non oret ut oportet & non re„primat concupiscentiam, hinc si justus „in peccatum incidat, id oritur ex a„more bonorum terestrium, quibus „inhæret libere, quia illi justo nunquam „saltem desunt vires etiam supernatu„rales, dum vult & conatur bene a„gere. At inquies, cur Deus justo non „dat motionem efficacem, R. quia Deus „nemini suam debet gratiam: miseretur enim cujus vult, & quem vult in„durat, unde tunc recurendum est ad „inscrutabilia Dei judicia, qui unum „præ alio eligit ad vitam æternam pro „suo beneplacito.„ Sæc. XVIII. A.C. 1722.

„Sacra Facultas attentis, quod „DD. Lengrand & Marechal ab hoc „statu excludant gratiam vere sufficien„tem ab actu sejunctam, quod ad im„plenda præcepta statuant necessariam „esse præmotionem physicam Jansenia„nam, seu delectationem cælestem ter„rena superiorem, secundum quam ne„cesse est operari, qua absente, aut „decrescente delectatio terrena vicissim „dominatur & necessitat, quod ista oc„casione, & in casu justi carentis illa „delectatione cælesti objecerint sibi „pri-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„primam propositionem Janseniannm, „nec quidquam reposuerint, quod Jan„senius ipse non reposuerit, quod illam „propositionem diu volverint, & se„sum ejus damnatum adeo non reje„cerint, ut potius multipliciter confir„marint: attentis, inquam, illis omni„nibus, censet S. Facultas, primam hae„resim Jansenianam a Dominis Lengrand „& Marechal dolose & cum magno di„scipulorum damno, aut saltem perni„culo, traditam fuisse. Hic est autem „illius propositionis tenor. Aliqua Dei „præcepta hominibus justis volentibus „& conantibus secundum præsentes, „quas habent vires, sunt impossibilia, „deest quoque illis gratia, qua possi„bilia fiant.„

§. LXXVII.

Facultatis doctrina circa hunc articulum.

Argentre l. c. pag. 556.

Ad hujus articuli doctrinam adnotabat Facultas. 1. Quod potentia antecedens servandi Mandata Dei, quam D. D. Lengrand & Marechal admittunt in justo carente gratia actuali, est ludicra, inepta & meræ præcisionis: est enim potentia, quæ respicit mandata secundum se, abstrahendo a circumstantiis concupiscentiæ necessi-

tantis

tantis, & defectus gratiæ neceſſariæ. An Calvinus an Janſenius, an ullus hæreticus negavit talem potentiam? An poſſibilitas præceptorum aſſerta a Patribus & Conciliis nihil aliud exigit. An ambulatio poſſibilis eſt ægroto, aut ligato ad columnam, quia abſtrahendo ab ægritudine, & vinculo indiſſolubili, poteſt ambulare? Sæc.XVIII. A. C. 1722.

II. Impotentia *conſequens*, *poſitionis*. *futuritionis*, *libera & voluntaria*, quam iidem Profeſſores agnoſcunt in juſto carente Delectatione cæleſti ſuperante terrenam, eſt revera antecedens; cum oriatur ex defectu gratiæ antecedente & ex concupiſcentia determinante ad malum: non aliam etiam præcepti implendi impotentiam agnoſcit Janſenius: & aliunde multiplicem præceptorum poſſibilitatem admittit in juſto præcepta non implente.

§. LXXVIII.

ARTICULUS VII.

Factum Janſenii dogmaticum a Marechalo rebus dubiis annumeratum.

Hoc Facultas demonſtratum ibat ex ſequentibus propoſitionibus ex Marechalo decerptis. I. Diſſert. 4. de Cauſſa

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Cauſſa efficiente increata q. 2. §. 2. Janſenius non reponit eſſentiam motionis in delectatione victrici tollente libertatem, & ſi contrarium evincere tentes ex libro Janſenii de Gratia Salvat. dicas eum in eo non fuiſſe condemnatum, ſic v. g. licet Calviniſtæ admittant myſterium SS. Trinitatis, non ideo illud negandum a Catholicis. Idem tenuiſſe Janſenium oppoſuit Facultas ex lib. 8. de Grat. Salvat. c. 21. ubi ait: *objiciatur fortaſſis* &c. Hunc errorem eadem Facultas perſtrinxit ſequenti cenſura:

„Poſtquam ſummi Pontifices definierunt, quinque propoſitiones Janſenianas ex Auguſtino Janſenii eſſe excerptas, & in ſenſu ab auctore intento hæreticas, poſtquam Clerus Gallicanus in comitiis ſolemnibus has definitiones ſæpius laudavit. Poſtquam his definitionibus univerſæ Eccleſiæ conſenſus acceſſit, D. Marechal, propoſita ſibi hac objectione, quod Janſenius reponat eſſentiam motionis in delectatione victrici, reſpondet cum diſtinctione, cujus hoc eſt primum membrum, reponit eſſentiam motionis in delectatione victrici tollente libertatem, tranſeat antecedens. Particula *tranſeat*, hic appoſita ſine ulla neceſſitate, manifeſte indicat, hunc

„Pro-

„Professorem non credere factum Jan- Sæc. XVIII.
„senii quoad tertiam propositionem, A. C. 1722.
„præterea idem Professor, eamdem
„difficultatem sibi opponens sub his
„terminis: Systema de Delectatione
„victrici est Systema Jansenii, respon-
„det cum distinctione, cujus hæc est
„prima Pars, Systema de Delectatione
„victrici necessitante est systema Jan-
„senii, concedo antecedens, quia vulgo
„dicitur, quod Jansenius propugnavit
„hanc propositionem, ad merendum
„& demerendum non requiritur liber-
„tas a necessitate. Videri posset hic pri-
„ma fronte confiteri factum Jansenii
„quoad tertiam propositionem, sed a-
„stutiam notate: Significat, se factum
„illud admittere, non ex sententia pro-
„pria, non ex vera persuasione, non
„ob Ecclesiæ auctoritatem; sed ex opi-
„nione vulgi, & tanquam factum va-
„cillanti garulorum auctoritati innixum,
„concedo antecedens, inquit; quia
„vulgo dicitur, quod Jansenius pro-
„pugnaverit.„

„Illa quidem particula: vulgo
„deleta est in quibusdam exemplaribus,
„sed in multis aliis integra permansit.
„Quidquid sit de illa veritate, certum
„est, lituram non mutasse mentem au-
„ctoris, nec sensum distinctionis, in qua
„includitur, ut cuilibet lectori patebit.„

„His

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„His præmiſſis, cenſet S. Facultas, „ſententiam Domini Marechal negan„tis aut dubitantis de dogmatico Jan„ſenii facto poſt receptas Eccleſiæ de„finitiones, eſſe inſigniter temerariam, „Eccleſiæ & ſummis Pontificibus in„juriosam, ſchismaticam, præbentem „anſam renovandi ex integro Janſeni„hæreſes & præſumptive hæreticam. „Qui enim factum dogmaticum alicujus „libri hæretici ab Eccleſia ſolemniter „definitum negat, aut de eo dubitat, „jure meritiſſimo præſumitur illi hæ„reſi in eo libro damnatæ ſuffragari, „niſi forſan aliunde conſtaret, ipſum „dogmati Catholico firmiter inhærere, „quod ſane adeo non conſtat de D. Mo„rechal, ut potius evidens ſit, ipſum „tertiæ propoſitioni Janſenianæ addi„ctiſſimum eſſe.„

„Quod ajunt, D. D. Lengrand & Mo„rechal, ut ſe a Calvino diſcernant, „hunc hæreſiarcham docuiſſe, liberum „arbitrium a Deo motum non poſſe „diſſentire ſi velit, ſed habere ſe ut ju„animatum quoddam ſub motione Dei „potentiam ad oppoſitum tantummodo „eſſe paſſivam, qualis eſt in baculo, „non vero activam, quæ cooperetur Deo „moventi: Et rurſum, Calvinum non „admiſiſſe cum præmotione phyſica po„tentiam ad oppoſitum activam & „pro-

„proximam, sed passivam dumtaxat & „remotam, qualis est in ligato ad currendum, sic ut homo a Deo motus „nihil cooperetur Deo excitanti, quod „inquam, ajunt, est falsissimum & calumnioſum, juxta eorum sensum seu „Systema de libertate & delectationibus indeliberatis. Etenim Doctrinam „suam a Calviniana hic discernere ne„queunt, nisi ipsi tribuendo, quod ne„garit, hominem sub gratia Dei agere „& cooperari vere, physice, realiter, „secundum inclinationem & ad actum „rationis. Quod autem Calvinus hoc „non negarit, tam certum est, ut in „dubium revocari nequeat: vide supra „illustrissimum Cameracensem Stepha„num Deschamps & Joannem le Porcy „Oratorii Jesu Presbyterum 1. Parte „cap. 54. pag. 310. tentarat & Janse„nius, se a Calvino discernere eodem „modo, quo D. D. Lengrand & Mare„chal, sed conatu prorsus inani, quem „omnes Catholici explosérunt. Cum „igitur hi Professores non aliter de vi „movendi gratiæ sentiant quam Janse„nius, ipsi pariter explodendi sunt.„

„Sed quid ad Tridentinum Sess. 6. „Can. 4. En legitima ejus expositio, „Calvinus docuerat sicut & Lutherus, „hominem necessitari non tantum in „primis gratiæ motibus, qui indelibe-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„rati dicuntur, ſed & in omnibus ſub-
„ſequentibus, qui juxta Doctrinam Ca-
„tholicam ſunt deliberati. Cum autem
„qui neceſſitatur, cenſeatur in ſenſu
„morali agi potius quam agere, quia
„non ſic ſe movet, ut in contrarium
„movere queat, hoc ſenſu aſſeruerant
„Lutherus & Calvinus, liberum arbi-
„trium motum & excitatum nihil co-
„operari aſſentiendo Deo excitanti, ac
„que vocanti, quoad obtinendam ju-
„ſtificationis gratiam ſe diſponat, ac
„præparet, neque poſſe diſſentire ſi
„velit, ſed veluti inanime quoddam
„nihil omnino agere, mereque paſſive
„ſe habere: Et hoc juxta antiquorum
„Scholaſticorum ſenſum, ſeu loquendi
„modum, quibus cauſſa cenſebatur
„habere ſe mere paſſive, ubi motionem
„neceſſitantem recipiebat, hunc igitur
„ſenſum gratiæ neceſſitantis non tan-
„tum ad primos motus, ſed etiam ad
„reliquos ſubſequentes in Luthero &
„Calvino damnavit Tridentinum Con-
„none citato, non vero hunc ſenſum,
„quod homo ſub gratia non ageret phy-
„ſice & realiter ſecundum inclinatio-
„nem & ductum rationis, de quo nulla
„prorſus erat quæſtio; cum ſpeciatim
„Calvinus in omnibus ſuis lucubratio-
„nibus, & nominatim in ſua Inſtitu-
„tione proteſtaretur, inculcaret, &

„propo-

„prope ad nauseam ingeminaret, ho- Sæc. XVIII.
„minem sub gratia liberum esse a co- A. C. 1722.
„actione, illum agere velle, non habere
„se instar lapidis. Idque Augustini Te-
„stimoniis confirmaret, ac aliter sen-
„tientem pro hæretico haberet. Hinc
„12. Inst. cap. 5. n. 11. non dicit sim-
„pliciter, hominem habere se passive
„sub gratia, sed cum particula dimi-
„nuente, ut ita loquar, tenenda est, in-
„quit, Pauli Admonitio, dum fideles
„jubet operari salutem suam cum ti-
„more & tremore, quia Deus est qui
„operatur & velle & perficere. Agendi
„quidem partes illis assignat, ne indul-
„geant carnis torpori, sed metum & sol-
„licitudinem præcipiens, sic eos hu-
„miliat, ut meminerint hoc ipsum
„quod agere jubentur, proprium esse
„Dei opus. Quo differte exprimit,
„passive, ut ita loquar, agere fideles,
„quatenus e cælo suggeritur facultas,
„ut nihil sibi prorsus arrogent.„

„Ex quibus patet Professores Re-
„gios non posse a Calvino se discernere,
„nisi illum calumniando, seu illi tri-
„buendo sententiam absurdissimam, a
„qua semper alienus fuit. Jansenio pa-
„riter imponit D. Marechal, dum ne-
„gat illum reposuisse naturam motionis
„in delectatione victrici caussante ele-
„ctionem creaturæ. Item dum negat

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Syſtema de delectatione victrici de-
„terminante per modum liberi, eſſe Sy-
„ſtema Janſenii, quamvis enim confite-
„Janſenium revera non agnoviſſe in ho-
„mine lapſo facultatem eligendi, nequa-
„gratiam determinantem per modum
„liberi, non minus tamen illas expres-
„ſiones uſurpavit, nec minus illas gra-
„tiæ accommodavit quam D.D. Lau-
„grand & Marechal, ut patebit legenti
„Parallelum reſpondens articulo quarto
„Cum igitur Profeſſores Primarii non
„poſſint quoad rem, ſe diſcernere a
„Janſenio circa tertiam propoſitionem
„& aliunde Janſenius conveniat cum
„ipſis in uſu vocabulorum, quibus gra-
„tiæ tribuitur vis cauſſandæ electionis
„& determinandi per modum liberi
„non poteſt D. Marechal ſalva Juſtitia
„Janſenio aliam doctrinam attribuere
„hac in parte, quam quæ fuit ab ipſo
„& collega ſuo in prælectionibus pub-
„licis tradita. Id ſatis advertit ipſe
„Marechal: nam poſtquam negavit
„Janſenium reponere naturam motionis
„in delectatione victrici cauſſante eis
„ctionem creaturæ; illico & immediate
„ſubjungit, ſi contrarium evincere tes-
„tes ex libro Janſenii de gratia Salva-
„toris, dicas eum non fuiſſe in eo con-
„demnatum, ſic v. g. licet Calviniſtæ
„admittant Myſterium SS. Trinitatis,
„non

„non ideo illud negandum a Ca- Sæc. XVIII.
„tholicis.„ A.C. 1722.

„In similibus exemplo præivit Jan-
„senius: nam 1. frustra & calumnioſe
„Doctrinam suam a Calviniana secer-
„nere conatus est. 2. Cum prævideret
„Systema suum de gratia & concupi-
„scentia necessitante, item de morte
„Christi ad prædestinatorum salutem
„restricta, revocandum esse ad hære-
„sim prædestinatianam, negavit factum
„illius hæresis adversus testimonia om-
„nium fere eruditorum, quorum aliqua
„ipse citat. Non ignoramus, Mau-
„guinium, Contensonium & quosdam
„Lectores Novellæ Jansenii opinioni
„postmodum accessisse, sed etiam sci-
„mus illis refragatos esse Cardinalem
„Capisuccum, Cardinalem Norisium,
„Sirmondum, Natalem Alexandrum
„Piccinardum &c. Hæc tamen est di-
„sparitas inter factum hæresis Janse-
„nianæ, & factum hæresis Prædesti-
„natianæ, quod illud ab Ecclesia solem-
„niter definitum fuerit, non vero al-
„terum.„

§. LXXIX.

Facultatis Duacensis annotatio ad hunc articulum.

Sæc. XVIII A. C. 1722.

Plura ad hujus articuli cenſuram addidit facultas, ita afferens: I. „Quamtum ſit flagitium negare aut dubitare „de facto dogmatico ab Eccleſia ſolemniter definito, colligi poteſt vel ex „actione VIII Concilii Chalcedonenſis, „ubi Theodoretus adigitur, ad dicendum anathema Neſtorio & dogmatibus ejus. Sic loquuntur Patres illius Concilii: Reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt, nihil relegi volumus: modo „anathematiza Neſtorium, Theodoretus Reverendiſſimus Epiſcopus dixit: „Ego per Dei gratiam ab Orthodoxis „ſum nutritus & Orthodoxe ſum edoctus, & orthodoxe prædicavi, & „non ſolum Neſtorium & Eutychem, „ſed & omnem hominem, qui reſipit, „non ſapit, averſor & alienum exiſtimo: cum diceret hæc: Reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt: Clare dic „anathema Neſtorio & dogmatibus ejus: Anathema Neſtorio & amantibus „eum. Theodoretus Reverendiſſimus „Epiſcopus dixit: vere non dico, ni „quomodo novi Deo placere . . . „Calumniam paſſus ſum, veni ſatisfacere, me eſſe orthodoxum & omnem „hæreticum, qui converti noluerit anathematizo & quia Neſtorium & Eutychem & omnem hominem dicentem „vel opinantem duos Filios anathema-„tizo,

Argentre pag. 567.

„tizo: Et cum diceret, Reverendiſſimi Sæc.XVIII.
„Epiſcopi clamaverunt, dic aperte A.C. 1722.
„anathema Neſtorio, & qui ea, quæ
„ejus ſunt, ſapiunt. Theodoretus Re-
„verendiſſimus Epiſcopus dixit: Ego
„niſi expoſuero quomodo credo, non
„dico. Credo autem: Et cum diceret,
„Reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt:
„iſte hæreticus eſt, iſte Neſtorianus eſt,
„hæreticum foras mitte. Theodoretus
„Reverendiſſimus Epiſcopus dixit: A-
„nathema Neſtorio &c. „

„Præterimus, brevitatis cauſſa multa
„alia teſtimonia ejusdem roboris, tum
„conciliorum generalium, tum ſummo-
„rum Pontificum, ex quibus conſtat,
„eos, qui facta dogmatica a ſummis
„Pontificibus & Conciliis definita ne-
„garunt, vel de iis dubitarunt, ana-
„thematizatos fuiſſe & hæreticis an-
„numeratos. „

II. „Quod ſentiebat Janſenius, de
„hæreſi prædeſtinatiana, non auſus eſt
„ſimpliciter affirmare, ſed illud propo-
„ſuit duntaxat, ut ſuſpicionem, quam
„Lectoribus dijudicandam offerebat.
„Cur hodie ejus diſcipuli, aliique in
„hoc ipſi conſentientes intrepide ac
„ſupercilioſe illam hæreſim, ſeu phan-
„tasma exſibilant? „

III. „Si quæſtio de natura liberi ar-
„bitrii, ſit tantum Philoſophica, a Tri-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„dentino intacta, ut ait Janſenius, ex
„ipſe, qui alios toties reprehendit a
„Philoſophos & Ariſtotelicos, tantum
„temporis & laboris impendit, ut il-
„lam reſolveret, & probationibus unde
„quaque firmaret? Cur ſententiam
„ſuam circa illam quæſtionem toties
„inculcat ut veritatem Catholicam, e
„ſcripturis, Patribus & Conciliis affe-
„tam, cur adverſantes ſibi in illa quæ-
„ſtione accuſat intolerabilis in antiqui-
„tate imperitiæ, an non valde tolerabilis
„eſt imperitia circa quæſtionem philo-
„ſophicam ab Eccleſia intactam?„

Huic vero cenſuræ Facultatis Doc-
ctores veriti, ne nimio ſtudio Thomi-
ſticis opinionibus adverſari culparen-
tur, ſtudioſe ſubjunxerunt ſequens
monitum.

„Sacra Facultas vult omnibus eſſe
„notum. Primo: Se huic cenſuræ
„non tribuere vim condemnationis, ſe-
„ſententiæ Judiciariæ, qualem habent
„deciſiones tribunalium Jurisdictio-
„proprie dicta gaudentium, ſed vim
„dumtaxat Judicii Scholaſtici ſeu Doc-
„ctrinalis, qualis competit cenſuris or-
„nium facultatum Theologicarum, Col-
„legium conſtituentium, quæ ex con-
„ſuetudine immemoriali a ſummis Pon-
„tificibus & Regibus probata jus ha-
„bent ferendi judicia, evulgandi re-
„ſponſ

„ſponſa &c. Nec ſine magno Reipubli- Sæc.XVIII.
„cæ damno hæc poteſtas Collegiis A. C. 1722.
„Theologicis adimeretur, quæ quodam
„modo perpetuas agunt excubias, ut
„novatorum inſidias detegant, ut illos
„ex improviſo irruentes armis Schola-
„ſticis repellant, & cenſurarum elo-
„quio ceu tubarum clangore ſummos
„Pontifices & Epiſcopos de periculis
„imminentibus moneant. Viſæ ſunt qui-
„dem hoc tempore Facultates Theolo-
„gicæ ipſis novatoribus fœderatæ &
„quaſi furore, aut inſania percitæ in
„Eccleſiam Matrem irruentes: ſed illæ
„in ordinem redigendæ ſunt, & plexis
„præcipuis perduellionis auctoribus,
„quemadmodum fit in copiis militari-
„bus, ad meliorem frugem revocandæ.
„Secundo. Parallelum hac cenſura
„contentum non eſſe tam accuratum,
„ut ſinguli textus Janſenii reſpondeant
„ſingulis textibus Profeſſorum ſecun-
„dum ordinem, quo diſpoſiti ſunt; non
„enim ſatis otii fuit, ut tam perfecta
„combinatio fieret, ſed eſſe adeo ju-
„ſtum, ut tota Profeſſorum Doctrina
„quoad ſubſtantiam, & plerasque ex-
„preſſiones reperiatur in relatis Janſenii
„textibus. Conferat Lector utramque
„Paralleli columnam, & de perfecta
„hac ſimilitudine convictus erit. Ter-
„tio. Ubi Profeſſores Collegii Regii

Sæc. XVIII A. C. 1722

„loquuntur de præmotione physica &
„speciali, nunquam eos intelligendos
„esse de præmotione physica genuino-
„rum Thomistarum, sed ut ipsi differe
„explicant de delectatione cælesti in-
„deliberata superante terrenam & op-
„rante secundum proportionem majo-
„ris inæqualitatis sicut calor, & alia
„qualitates activæ, sicut pondera in
„bilance &c. adeoque de præmotione
„voluntatem applicante per modum
„naturæ.„

Verum suo honori adhuc efficacius Duacenses hi Theologi consuluissent, si censuræ Anno 1587. die 9. Septemb. latæ & toties ab eis confirmatæ in hæsissent, nec a doctrina suorum Majorum descisscentes cum doctrina Jansenii systema gratiæ ex se efficacis, ejusque defensores cum Jansenistis comparare ausi fuissent, non alio temeritatis emolumento, nisi quod nova hæc eorum censura a S. Indicis Congregatione die 18. Julii Anno 1729. fuerit proscripta, & die tertia Aprilis Anno 1731. ab eadem præceptum sit, ut ea abradantur illa, quæ dicuntur contra doctrinam Thomisticam, & quibus quidam Catholici Doctores cum Jansenistis comparantur.

§. LXXX.

Sæc.XVIII.
A. C. 1722.

§. LXXX.

Jus in Regnum Siciliæ & Hierusalem per inveſtituram Carolo VI. Imperatori a Papa aſſertum.

Sub idem ferme tempus Carolus VI. Imperator Cardinalem Michaelem Fridericum de Althan Oratorem ſuum deputabat, ut ab Innocentio XIII. inveſtituram Regni Siciliæ, Hieroſolymæ, totiusque ditionis citra Pharum peteret: Tenuerat hæc controverſia integros 21. annos, acriter reclamantibus Galliæ Regis nomine Abbate Tauſino & pro Hiſpano Rege Aquaviva & Belluga Cardinalibus, qui Cameracenſis Conventus hanc in rem habiti exitum eſſe præſtolandum contendebant: Prævaluit tamen Cardinalis de Althan Cæſarei Legati ſolertia, cui adhuc remoram injecerant recens obortæ difficultates; Cæſar enim inveſtituram ad omnes Auſtriacæ Domus poſteros extendi, & viciſſim Papa cuncta beneficia ibidem vacantia libere conferendi jus ſibi ſartum ſervari, & Comaclenſem urbem reſtitui petebant, tandem hac quoque controverſia utrinque compoſita die decima ſeptima Maij Pontifex inve-

Bull. magn. Innoc. XIII. tom. 8 pag. 467.

Sæc. XVIII A. C. 1722. investituræ diploma confecit, ac die nona Junii in concessi feudi testimonium Bullam a se & viginti octo Cardinalibus subscriptam edidit, in qua præprimis retulit, hujus Regni infeudationem a Julio II. Ferdinando Arragoniæ Regi, a Leone X. Carolo V. Imperatori, a Julio III. Philippo II. Angliæ Regi & Hispaniarum Principi, a Clemente VIII. Philippo III. Hispaniarum Regi, a Gregorio XV. Philippo IV. & ab Alexandro VII. Carolo II. Hispaniæ Regi factam fuisse. Hoc autem Rege sine liberis mortuo, & tum tota Europa in partes sciissa, Clemens XI. etsi sæpius oblato etiam solito censu requisitus fuisse, hac investitura supersedendum esse duxerit, salvo tamen remanente jure Sacræ Sedi in hæc regna competente.

„Nunc vero, inquiebat Pontifex, „Chariſſimus in Christo Filius noster „Carolus VI. Hispaniarum Catholicus „& Romanorum Rex in Imperatorem „Electus, qui in dicto Regno Siciliæ „& Hierusalem, & tota terra citra „Pharum succeſſit, & illud de præsenti „possidet, volens debitam obedientiam, „ac fidelitatis, & homagii juramen„tum in manibus Nostris præstare, & „ea, quæ ratione ipsius feudi tenetur, „adimplere, dilectum Filium nostrum „Michaelem Fridericum tituli sanctæ „Sabi-

„Sabinæ Cardinalem de Althaun Pro-
„curatorem & Mandatarium ſuum ſpe-
„cialem fecerit, conſtituerit, & depu-
„taverit, ſpecialiter, & expreſſe ad
„ſe nomine prædicti Caroli ſexti Regis,
„quoties opus fuerit, coram Nobis hu-
„militer & cum omni Reverentia præ-
„ſentandum, ac a Nobis inveſtituram
„Regni hujusmodi petendam eamque
„acceptandam, necnon Nobis nomine
„ejusdem Caroli Regis pro præfato Re-
„gno Siciliæ, & Hieruſalem cum tota
„terra citra Pharum debitam obedien-
„tiam exhibendam, ac etiam fidelitatis
„& homagii juramentum ratione feudi
„dicti Regni præſtandum, quod requi-
„ſitum neceſſarium, & opportunum
„foret ex ipſius feudi natura, & quem-
„admodum illud præſtitum fuerat a
„Carolo ſecundo Rege atque ab aliis
„Prædeceſſoribus ſuis in eodem Regno
„ſolitum fuerat præſtari & dictus Mi-
„chael Fridericus Cardinalis de Al-
„thaun Procurator, in vim conſtitutio-
„nis & deputationis hujusmodi, ad
„præmiſſa omnia & ſingula nomine præ-
„dicti Caroli Regis peragenda, & exe-
„quenda coram Nobis humiliter &
„cum omni Reverentia ſub die 17.
„Menſis Maij proxime præteriti ſe præ-
„ſentavit, & in generali venerabilium
„Fratrum Noſtrorum ſanctæ Romanæ
„Ec-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Eccleſiæ Cardinalium Congregatione
„ſub hac die Martis IX. Junii præſe-
„tis Anni, quæ coram Nobis in Pala-
„tio noſtro Apoſtolico Montis Quirina-
„lis ad hoc ſpecialiter convocata, &
„habita fuit cum pluribus Archiepiſco-
„pis, Epiſcopis, & aliis Prælatis Do
„aſſiſtentibus, nomine ipſius Caroli Re-
„gis Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, ac Ro-
„manæ Eccleſiæ prædictis obedientiam
„& homagium, & juramentum fideli-
„tatis ſub forma inferius adnotata præ-
„ſtiterit. Nos conſiderantes ipſius Ca-
„roli Regis hæreditariam regnandi con-
„ſuetudinem, & quod ſciet & volet com-
„miſſos ſibi populos in Pacis amœnitate
„& Juſtitiæ cultu confovere ac Nos & Ro-
„manam Eccleſiam ipſius Regni pro-
„prietarios, ac directos Dominos gra-
„devotione, fide ſincera recognoſcere
„Nec diutius volentes a conceſſione in-
„veſtituræ, & infeudationis præfatæ
„ac directi Dominii Noſtri uſu, & exer-
„citio abſtinere ſed potius novis, ac
„juſtiſſimis ex cauſis ita ſuadentibus
„præſentique rerum, ac temporum ſtatu
„accurate perpenſo, Romanorum Pon-
„tificum Prædeceſſorum Noſtrorum ve-
„ſtigiis inhærendo, Noſtra, & ejusdem
„ſanctæ Sedis jura, per novam conce
„ſionem hujusmodi afferere, & con-
„ſervare intendentes, habita ſuper his
„cum

„cum eisdem venerabilibus fratribus Sæc. XVIII.
„Noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Car- A. C. 1722.
„dinalibus prius in eodem Conſiſtorio,
„& deinde etiam in alia ſimili Congre-
„gatione generali ad hoc nominatim
„habita ſub die Sabathi ſexta ejusdem
„præſentis Menſis Junii in eodem Pa-
„latio Noſtro, ibique mandato Procu-
„rationis ipſius Caroli Regis in Impe-
„ratorem electi publice, & alta voce
„perlecto, & diligenter inſpecto, ma-
„tura deliberatione de ipſorum Fratrum
„Conſilio pariter, & aſſenſu, & ex
„certa noſtra ſcientia, & de Apoſto-
„licæ poteſtatis plenitudine, in No-
„mine Patris & Filii & Spiritus ſancti
„obedientiam ab eodem Cardinale de
„Althaun Procuratore, nomine ipſius
„Caroli Regis Nobis & Sedi, & Ca-
„meræ prædictis, ut præmittitur, præ-
„ſtitam, itemque homagium & jura-
„mentum fidelitatis hujusmodi læto,
„atque hilari animo admittimus, ut
„Regnum ipſum Siciliæ & Hieruſalem
„cum tota terra prædicta citra pharum
„usque ad confinia terrarum ejusdem
„Eccleſiæ Romanæ, excepta prædicta
„civitate Beneventana cum ejus terri-
„torio, & diſtrictu, & pertinentiis per
„Nos ſeu Romanos Pontifices diſtinctis,
„ac eorum Incolis, quam Nobis, prout
„illam ſibi dudum prædicta Eccleſia
„ſpe-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„ſpecialiter reſervamus, eidem Caroli
„Hiſpaniarum Catholico & Roman-
„rum Regi in Imperatorem Electo, cui
„per Noſtras in forma Brevis pridie ex-
„peditas literas conceſſimus, ut dictum
„Regnum Siciliæ, & Hieruſalem, ac
„totam terram citra pharum una cum
„Imperio & Romanorum ſeu Theuto-
„niæ Regno quoad vixerit, retinere le-
„bere, & licite poſſit, & valeat, tam-
„etſi in utriusque Julii, Leonis, Cle-
„mentis, Gregorii & Alexandri præde-
„ctorum & ante eos diverſorum alio-
„rum Romanorum Pontificum Præde-
„ceſſorum noſtrorum literis id expreſſe
„& diſtricte prohiberetur, pro ſe, ſuisque
„hæredibus & ſucceſſoribus tam ma-
„ſculis, quam fæminis ex eo recta li-
„nea deſcendentibus, natis & naſcitu-
„ris, ſervata inter ipſos deſcendentes
„prærogativa ſexus, ita quod maſculi
„ex maſculis omnibus fæminis earum-
„que deſcendentibus maribus & fæmi-
„nis, cujuscunque lineæ ſint, aut gra-
„dus, ſemper præferantur, & inter ipſos
„maſculos primogenituræ ratio, & li-
„neæ prærogativa prævaleat & obſer-
„vetur, quæ prærogativa locum quoque
„habeat, & prævaleat inter dictas fœ-
„minas, earumque deſcendentes in
„caſu deficientiæ omnium deſcenden-
„tium maſculorum ex maſculis in fœ-
„dum

„dum perpetuum pro solito annuo cen- Sæc. XVIII.
„su septem mille ducatorum similium A. C. 1722.
„& unius parafreni Albi, ut præfer-
„tur, solvendo & cæteroquin in omnibus
„& per omnia sub conditionibus, mo-
„dis, formis, adjectionibus, promis-
„sionibus, clausulis, cautelis, voluntа-
„tibus, ordinationibus in literis utrius-
„que Julii, Clementis, Gregorii, ac Ale-
„xandri, & concessione Leonis Præde-
„cessorum hujusmodi contentis, qua-
„rum remissionem per Nos & Sedem
„prædictam factam fuisse non apparebit,
„omni meliori, quo possumus, modo
„concedimus, & elargimur, ac Re-
„gnum ipsum dicto Carolo Regi modo &
„forma præmissis infeudamus, eum-
„que de illo per ipsius Michaelis Fride-
„rici Cardinalis Procuratoris ad oscu-
„lum pedum nostrorum admissionem
„investimus, volentes & intendentes
„ut infra annum a data præsentium
„computandum, idem Carolus Rex
„Privilegium suum bulla aurea Bulla-
„tum, in quo proprio juramento fatea-
„tur & recognoscat expresse Regnum
„Siciliæ & Hierusalem, ac totam ter-
„ram eorum, quæ est citra Pharum
„usque ad confinia terrarum ipsius Ec-
„clesiæ Romanæ, exceptis civitate Be-
„neventana, & loco pontis Curvi, cum
„illius territoriis, districtibus & per-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„tinentiis, quæ eidem Ecclesiæ
„maneant, præfato Carolo Regi suisque
„hæredibus & successoribus dicti Regni
„Siciliæ Regibus sola gratia, & mera
„liberalitate Sedis Apostolicæ & Nostra
„fuisse concessa, eosque recepisse, &
„tenere Regnum Siciliæ, & terras
„hujusmodi a Nobis & dicta Romana
„Ecclesia sub pactis, modis, conditio-
„nibus supradictis, Nobis, seu Roman
„Pontifici pro tempore existenti dare &
„tradere teneatur, per præmissa autem
„non intendimus juribus quibuscum-
„que in aliquo præjudicare.„

„Demum ut idem Carolus Rex in
„Imperatorem electus eo magis ad fa-
„ceræ illius, quam in Nos & hanc
„sanctam Sedem profitetur devotionis
„& observantiæ debita argumenta No-
„bis & eidem Sedi exhibenda excitetur,
„quo Nos & Romanam Ecclesiam in
„Eum propensiores & munificentiores
„invenerit, scientia & potestatis plenitu-
„dine paribus ipsi Carolo Regi om-
„nes & singulos census ratione supra-
„dicti Regni hactenus decursos &
„non solutos ex speciali dono gratiæ
„liberaliter remittimus & condonamus
„ipsumque de illis absolvimus, quie-
„tamus, & plenarie liberamus & ea
„caussa dictorum censuum hucusque
„decursorum a quocunque nullatenus

„im-

„moleſtari poſſe decernimus, dum„modo tamen in proximo feſto ſancti „Petri, & ſic ſucceſſive perpetuis fu„turis temporibus ſingulis annis ipſe „Carolus Rex, ejusque hæredes, & „Succeſſores præfatum cenſum Nobis, „& Succeſſoribus Noſtris, cum ſolitis „ſolemnitatibus integre perſolvere om„nino debeant. „

„Forma autem juramenti per di„ctum Cardinalem præſtiti, talis eſt. *Ego Michael Fridericus Cardinalis de Althaun Sereniſſimi Domini Caroli Hiſpaniarum Catholici & Romanorum Regis in Imperatorem electi, Dei gratia Regis Siciliæ, & Hieruſalem cum tota terra citra Pharum Procurator ad hæc omnino ſpecialiter conſtitutus ſpeciali modo per dictum Carolum Regem ſub die* 10. *Menſis Auguſti anni proxime elapſi coram Archiepiſcopo Valentino, Comite Philippo de Sinzendorf & Marchione de Roſrano ipſius conſiliariis ac reſpective Secretariis ſubſcripto, plenum homagium, ligium, & vaſſalagium nomine dicti Caroli Regis faciendum vobis Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio XIII. & Eccleſiæ Romanæ pro Regno Siciliæ & Hieruſalem, ac tota terra, quæ eſt citra Pharum, usque ad confinia terrarum ipſius Eccleſiæ excepta civitate Beneventana, & toto territorio & omnibus diſtrictibus & pertinentiis ſe-*

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

cundum antiquos fines territorii, & pertinentiarum & districtus civitatis ejusdem per Romanum Pontificem distinctos, & imposterum distinguendos, in animam dicti Serenissimi Caroli Regis Principalis mei, juro, quod idem Serenissimus D. Carolus ab hac hora in antea fidelis, & obediens erit Beato Petro, & vobis Domino Innocentio XIII. vestrisque Successoribus Romanis Pontificibus Canonice intrantibus, sanctæque Romanæ Ecclesiæ Apostolicæ. Non erit in Consilio, consensu, vel facto, ut vitam perdatis seu perdant, aut membrum seu capiamini, vel capiantur mala captione, consilium vero quod sibi credituri estis, per vos, aut Nuntios vestros, vel per literas ad vestrum, vel eorum damnum scienter nemini pandet, & si scivero fieri, vel tractari seu procurari aliquid quod in vestrum vel eorum damnum cedat, illud pro posse impediet, & si hoc impedire non poterit, illud vobis, vel eis significare curabit. Papatum Romanum, & Regalia sancti Petri tam in Regno Siciliæ prædicto, quam alibi consistentia adjutor vobis, vel eis erit ad defendendum, vel retinendum ac recuperandum vel recuperata manutenendum contra omnem hominem. Vestras & singulas conditiones supradictas, & quascumque alias in literis, fel. record. Julii Papæ II, super ipsius Regni & terrarum infeudatione, sive investitura confectis con-

tentas

tentas ac omnia & ſingula, quæ in eis continentur, plenarie adimplebit, & inviolabiliter obſervabit, & nullo unquam tempore veniet contra ea, nec procurabit per ſe vel alium, ſeu alios quoquo modo ut aſſumatur vel nominetur in Dominum Lombardiæ, vel Thuſciæ, excepto tamen quod Regnum Siciliæ & Hieruſalem cum tota terra citra Pharum unacum Imperio & Regno Romanorum ſeu Theutoniæ, quoad vixerit, retinere poſſit juxta conceſſionem, quam a vobis deſuper obtinuit, & ſi aſſumptionem vel Nominationem ad Dominum Lombardiæ & Thuſciæ, aut majoris partis earumdem fieri contingat, nullum hujusmodi aſſumptioni ſeu nominationi aſſenſum præſtabit, nec intromittet ſe modo aliquo de eorum vel alicujus eorum regimine, nec de civitate Beneventana, & ſuis territoriis, diſtrictibus, & pertinentiis, ſeu Campania, neque de maritima, ducatu Spoletano, neque Marchia Anconitana, Patrimonio Beati Petri & Thuſciæ, Maſſa, Trebaria, Romandiola, Alma urbe, in civitatibus Peruſina, civitatibus Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Avenionenſi, & Comitatu Vanaiſſino, ſeu aliis terris quibuscunque veſtris & feudis ipſius Eccleſiæ ubilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, ſeu donatione, aut venditione, ſeu alio quovis titulo, vel contractu nihil unquam ſibi acquiret, ſeu vindicabit, vel poterit acqui-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

rere, seu quomodolibet vindicare, & nihil unquam recipiet vel habebit seu retinebit, vel poterit recipere, habere, vel etiam retinere in illis, nec ullam potestariam, capitaniam, vel Rectoriam, nullumque aliud officium recipiet, seu recipere poterit in eis jusdem, seu ipsorum aliquo, nec etiam occupabit, vel occupari permittet seu facet præmissa vel partem aliquam eorumdem, neque illam offendet, aut molestabit, neque etiam Romanam Ecclesiam quoquo modo per censuris pœnisque spiritualibus & temporalibus in conditionibus, & infeudatione prefatis contentis, quas hic haberi volo in singulis suis partibus alias pro specifice expressis & repetitis. Schismatico aut hæretico cuicunque, vel a fide devio, ab ipsa Ecclesia præciso, ejusque sequacibus, & dantibus eis auxilium, consilium vel favorem, non dabit quovis modo per se vel alium seu alios directe, vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium, vel favorem, nec ab aliis, quantum in eo erit, impedire poterit, dari permittet, sed eis juxta posse suum, donec convertantur, persequetur, & impugnabit. Et ulterius promitto, quod ipse Carolus Rex infra annum omnia, & singula, mediante aurea Bulla ratificabit, sic dictum Carolum Regem Deus adjuvet, & hæc Dei sancta Evangelia. Juravi ut supra Ego Michael Friderieus Cardinalis de Althaun.

Co-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Conceſſa igitur Regni Neapolitani inveſtitura Cardinalis de Althan eadem die in Palatio Quirinali habita Congregatione Generali coram Tribunali Cameræ Pontificiæ, ejusque Protonotariis nomine Cæſaris tanquam Regis Neapolitani hoc juramentum fidelitatis præſtitit confecto deſuper ſolemni inſtrumento. Poſtmodum die vigeſima octava Junii Magnus ſtabuli Comes de Colonna Imperatoris nomine ante Vaticanæ Baſilicæ fores in homagii pignus Aſturconem cum cenſu ſeptem millium ſcutatorum aureorum obtulit.

§. LXXXI.

Actum Pariſiis de eligendo novo Regis Confeſſario.

Cum Claudius Abbas de Fleury, qui Ludovico XIV. Franciæ Regi a confeſſionibus erat, gravi ſenio, & adverſa valetudine premeretur, & poſt Marchionis Villaregii amici ſui exauctorationem haud mitius fatum veritus clam Pariſiis ſeceſſiſſet, de novo Regis Confeſſario tempeſtive ſeligendo agebatur: In id præcipue intentus erat Cardinalis Noaillius, qui Jeſuitas ab hoc munere omnino arcendos eſſe ratus, deſuper cum Cardinale Rohanio, qui die vigeſima octava Januarii Roma

Dorſane. Journal t. 2. p. 117. Vid. ſupra t. 69. l. 217. pag. 345. Hiſt. Univerſ. t. 8. Period. II. c. 4. p. 623. Hiſt. Chron. cont. p. 797.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Parisios reversus erat, sua contulit consilia, eoque annuente Sacerdotem secularem, atque inter eos præcipue Vivantium sancti Germani Decanum proponendum censuit. Utrumque vero Cardinalem jam dudum prævenerat sollertia Jesuitarum, qui Cardinalis du Bois, quem proxime in primum Regis Ministrum nominari noverant, auctoritate ac patrocinio suffulti, Patrem D'Aubentonum Jesuitam Hispani Regis Confessarium impulerunt, ut hic Philippum Hispaniæ Regem induceret, quatenus ex Jesuitis quemdam pro Gallici Regis Confessario seligi, ab Aurelianensi Duce Regni Moderatore importunius postularet. Haud defuit suis partibus P. D'Aubentonus, & Philippus Hispaniæ Rex sui Confessarii, cui ob procuratam cum Gallis pacem obstrictissimum sese profitebatur, assiduis sollicitationibus cedens, tam impense hoc negotium apud Aurelianensem Ducem urgebat, ut hic Noaillium Cardinalem, qui die vigesima septima Februarii hac de re cum illo agebat, sine responso dimitteret: Verum Noaillius futuri regiminis felicitatem in probi Confessarii selectu magna ex parte repositam esse persuasus, rursus die sexta Martii Ducem Regni Moderatorem adiit, eidem exponens, minime expedire,

dire, ut quidam Communitati aggregatus, minus vero Jesuita juveni Regi in conscientiæ Moderatorem daretur: Ad hæc respondit Dux, vinctas se habere manus, Hispaniæ Regem summis precibus Jesuitam, & quidem præ ceteris Patrem Lignierum exoptare, seque eidem Regi jam fidem dedisse: Ad hæc admiratione suspensus hæsit Noaillius, Regenti exponens, quod jam ante sex annos conclusum esset, Jesuitas in perpetuum a Regii Confessarii munere esse excludendos, aliunde etiam Lignierum confessiones excipiendi facultate destitutum esse: Incitabat quoque Noaillium Villaregius Franciæ Marescallus, qui ad impediendam hujus consilii executionem omnem opem & operam pollicitus, Vauronium Perpinianensem Episcopum, vel Poletum, aut Benedictum S. Germani in Laia Priorem proponebat. Noaillius igitur die decima quarta Martii rursus Regni Regentem convenit, eique quemlibet Jesuitam excludendi necessitatem exponens declaravit, se Jesuitarum nulli, quiscunque in Regium Confessarium seligeretur, tuta conscientia confessiones excipiendi facultatem dare posse; respondente autem Duce, quod nunquam ab eo quicquam contra ipsius conscientiam postulaturus esset, Noail-

Sæc.XVIII. A.C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

lius receſſit. Interim Dux tam pertinaci loſo obruebatur morbo, ut reſpirandi facultate intercepta ægre verbum proferre poſſet: quocirca Noaillius die vigeſima ſeptima Martii, ad eundem literas dedit, quibus denuo declarabat ſe Jeſuitarum nulli pro Regis confeſſionibus excipiendis facultatem daturum, ac ipſummet Regni Regentem perſuaſum ſibi habuiſſe, id non expedire „hanc perſuaſionem in præſenti rerum „viciſſitudine magis adhuc ex ipſa „gendi ratione, & perverſa doctrina „quam Jeſuitæ Toloſæ, Venetiis, Ro „thenæ imo & Pariſiis propugnaſſent „confirmari: aliunde etiam certum eſſe „hos Patres concordiæ in Conſtitutione „negotio initæ ardentius ſeſe oppone „proin omnes vires adhibituros, „innovatis contentionibus Conſtitu „nem *pure & ſimpliciter* acceptari exi „querent &c. „ Hanc Noaillii epi lam Dux ad Cardinales du Bois, Rohanium, necnon ad Andream H culem de Fleury Forojulienſem Epi pum tranſmiſit; dum vero hi de conſultabant, inſcio interim Noa Pater Lignierus ab ipſomet Aure nenſi ad Regem conducebatur, conſpecto, cum Rex Jeſuitam in C feſſarium ſibi obtrudi perciperet, e ſtupor ac ſilentium deſixit: Paulo

Pater Gaillardus Jesuita cum Ligniero ad Cardinalem Noaillium Parisiensem Archiepiscopum Confluentiam contendit, eundem his verbis allocutus: *Ab ipsomet Serenissimo Aurelianensi Duce hunc Patrem ad Eminentiam suam ducere jussus sum, ipsemet adventus sui causſam exponet:* mox Pater Lignierus subdidit: *summo mane a Serenissimo Duce, & Villaregio Marescallo ad Aulam vocatus, percepi, quod idem Dux me in Regis Confessarium selegerit, ambo etiam confestim me hoc munere auctum Regi sistebant: nunc vero Eminentiam vestram supplex rogo, ut me suo assensu, ac necessaria facultate honorare dignetur.* Ad hæc reposuit Noaillius, *utrumque Reverentiæ vestræ denegare invitò & ingratis cogor; jam dudum desuper mentem meam Duci exposui: Huic sat cognitæ sunt rationes, ob quas cuicunque Jesuitæ ad excipiendas Regis confessiones facultatem concedere prohibeor: plura dicere, ob adversam valetudinem non vacat.* Hoc responso P. Lignierus velut fulmine tactus, in salebris hæsit: interim vero rumor per urbem volitabat, quod Rex proximo Paschate adhuc-dum apud Abbatem Fleuryum suam conscientiam sacra confessione perpurgaturus esset: Ipsomet autem Paschatis festo Fleuryus tam violenta apoplexia obruebatur, ut Abbatem d'Argentré, qui

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

qui Regi ab Eleemosynis erat, ad ea cipiendam ejus confessionem esse vocandum, Villaregius Marechallus ja dicaret: cum autem ille accurreret, Maresçallus a Regente jubebatur, u Chaperelo Regio Sacellano Confessa munus deferret, qui etiam die Dominica prima post Pascha suo munere fu gebatur cum summa Regis satisfactio qui novi hujus Confessarii humilitatem modestiam, ac prudentiam summope deprædicabat; cum enim a Mareschall admonitus esset, ut Regem ad Miss sacrificium comitaretur. & ad ejus le tus in loco Confessariis Regiis destina genuflecteret, Chaperelus tanto hono sese indignum reputans, respond quod incredibili rubore suffunderetu si in loco illis, quos tanquam suos S periores revereretur, ferme æquali co sistere cogeretur: Interim vero P. Li nierus (excepto confessionis exercitio cunctis Regii Confessarii honoribus p tiebatur, & Regio diplomate ac sala auctus, vestem Regiis Confessariis si tatam indutus, sermoni & Missæ Sac ficio intererat, ipsumque Regem a Templum sancti Germani euntem c mitabatur: Deerat tamen adhuc ne cessaria sui Archiepiscopi approbatio illam interim concedere sollicitabatur Carnutensis Episcopus, qui tamen prima

terg

tergiverſatus, tandem illam indulſit, nihilominus in vigilia Pentecoſtes Rex apud Chaperelum ſua peccata expiavit. Urgebatur interim a Rohanio Cardinale Pontifex, qui etiam P. Lignierum in Regis Confeſſarium approbavit die trigeſima Maij miſſis ad Regentem literis, quas Hic Cardinalibus Noaillio, Rohanio & du Bois, necnon Poleto & Vittemano tradidit, eo ſine, ut hi in conſcientiæ Senatu deciderent, an hac Pontificis conceſſione uti expediret. Præ ceteris Poletus declarabat, Pontificem hanc facultatem Ligniero omnino quidem potuiſſe concedere, cum autem Noaillius quoque eam huic Patri, omnibusque Jeſuitis denegandi urgentiſſimas haberet cauſſas, æquum eſſe, ut ejus voluntati deferretur, Jeſuitarum enim doctrinam eſſe unicam denegatæ facultatis cauſſam, eorum vero doctrinas eſſe perverſas inde patere, quod cenſuram anno milleſimo ſeptingenteſimo latam ſignare detrectaſſent, prius ergo illos ad hanc ſignandam, & adoptandam eſſe compellendos. In Regio etiam Senatu agebatur de hiſce Papæ literis, & communis omnium vox erat, Papam tentaſſe rem omnibus juxta ac antiquiſſimis Regni legibus contrariam, & Lignierum anathematis pœnam promeritum eſſe, ſolus Pater Gouy Jeſuita

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

ſine

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

sine ulla hæsitatione propugnabat, Ligerium Pontificis facultatem exequi posse ac debere, & si dubium occurreret, Pontificis Regisque esse illud dissolvere, Papam vero spreto etiam Episcopo posse in particulari Diœcesi cuivis ejusmodi dare jurisdictionem, id patere in exemptis Regularibus, quorum unus alteri confitetur, etsi Episcopus eis omnem ademisset facultatem: His vero Menguius Abbas oppositus fuit, non pœnitentis, sed potius Confessarii esse, discutere, an facultas data sit sufficiens, hocque jus a Tridentino aliisque Franciæ Synodis assertum esse solis Episcopis: His ita altercantibus Cardinalis Noaillius die quinta Junii Aurelianensem Ducem accessit, eidem exponens, quod novissimum hoc Pontificis Breve novas concitaret turbas. Respondente Duce, hoc Breve ut æterno sepeliatur silentio, penes ipsum esse, dummodo petitam Ligniero facultatem concedere velit, Cardinalis subjunxit, *hæc a Regia sua Majestate peti, eo magis miror, quo apertius ipse met declarasset, tam graves conscientiæ meæ rationes hujus facultatis repulsam de poscere, ut importunius rem urgere, haud expediret, nec me sententiam meam mutaturum sperari posset: easdem autem rationes adhucdum subsistere, notum est. Hæ repe-*

reponebat Dux, *facile tolli posſent, ſi Lignierus laudatæ cenſuræ ſubſcribere compellatur; tum enim ejus doctrina haud ultra erit ſuſpecta, proin hic Pater pro Regis Confeſſario approbari poſſet.* Non acquieſcens Cardinalis, *ex jurato*, inquiebat, *cujusdam Jeſuitæ promiſſo conſtare nequit de ejus doctrina, nam ope reſtrictionum mentalium cuncta promittere, & nihil ſervare, jam aſſueti ſunt, aliunde ſola Lignieri ſubſcriptione malo obviam iri nequit; ſciat ſua Majeſtas, quod initam Præſulum concordiam evertendi opportuniſſimum ſit medium, ſi Regii Confeſſarii munus Jeſuitis committatur; illius enim auctoritate mox ad turbandam Eccleſiam abuſuri ſunt: liceat mihi autem quærere, quam dudum ſua Majeſtas Inquiſitionem in Franciam invehere meditetur? hæc enim agendi ratio non magis oppoſita eſt Inquiſitioni, quam conſiliis ad initium adminiſtrationis ſuæ arreptis; jamjam de mutata ſuæ Majeſtatis mente tripudiant Jeſuitæ, ſeque Generales fore Inquiſitores jactitant.*

Hac liberiore Cardinalis reprehenſione Dux haud parum commotus, de Pontificio Brevi haud ultra mentionem fieri ſuſtinuit, veritus, ne ſi illud executioni daretur, Cardinalis acerbius in Lignierum invehens, tanquam *ab abuſu* ad Parlamentum provocaret. His malis

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

lis obviaturus, Michael Tambourinus Societatis Præpositus Generalis Patris Lignieri nomen ex Parisiensium Jesuitarum Albo eradi jussit, eumque ad Pontisarense Collegium emisit, ut Nobilii Cardinalis jurisdictioni haud ultra subesset, & a Bridelo Vicario Generali ibidem confessiones excipiendi facultatem acciperet: inde vero ter per hebdomadam Versalias, Regem ad primam mensæ Divinæ communionem comparaturus Lignierus veniret, facultate autem a Carnotensi Episcopo accepta munitus Ejusdem confessionem in oppido S. Cyr exciperet. Sæpius ergo intra hebdomadam Lignierus Versalias venit, & Rex in præfata Urbe in festo SS. Petri & Pauli noxas suas confessione elui obstrepentibus ceteris Franciæ Episcopis, qui minus convenire arbitrabantur, quod Confessarius, Confitens, & Confessionis locus de tribus diversis Diœcesibus essent, & sic ordinaria proprii Episcopi jurisdictio ob privatos affectus declinaretur. Quem tamen eventus exitum sit sortita, paulopost recensebimus.

§. LXXXI.

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

§. LXXXII.

Alberonius Cardinalis ab Innoc. XIII. Papa absolutus.

Interim dum Romæ Cardinales aliique Præsules ad discutiendam Cardinalis Alberonii causſam deputati judicii acta ad exitum deducere parabant, præfatus Cardinalis haud otiosus potentes omnino Patronos sibi conciliare studuit; præprimis vero singulari sua morum comitate benevolentiam Angliæ Regis & Ducissæ de Aquasparta, quæ Pontificis Soror erat, sibi tam dextere adjunxit, ut liberum ad eos accessum nactus, Hispanos Cardinales Carolum de Borgia, & Ludovicum Bellugam sibi propitios redderet: Accessit insuper sat opportune ejusdem liberalitas, pietasque, qua ob æs alienum carceri mancipatos ingenti pecuniarum vi redemerat: ferunt quoque, Alberonium quater centies aureorum millia, ut pallia pro Archiepiscopis solverentur, in Pontificis ærario deposuisse. Utcunque isthæc habuere, id omnino certum est, quod Deputati Judices pronuntiarint sententiam, vi cujus per quadriennium Alberonius in quodam Monasterio inclusus hæreret; cum autem huic sententiæ sibi per Maresoschium

Conclav. Innoc. pag. 368. Hist. Univ. l. c. p. 977. & 865.

Sæc. XVIII. A.C. 1722.

Præſulem intimatæ præter omnem ſpectationem mira humilitate ſeſe ſubjiceret, paternum Pontificis pectus ut eo emolliebatur, ut hanc pœnam primo ad unius anni, ac demum ad quinque menſium anguſtias reſtringeret. Nondum tamen rubrum galerum a Pontifice obtinere poterat, ſeſe vehementer opponentibus Hiſpano Rege, ejusque Confeſſario Patre D'Aubentono, qui Alberonium adigere nitebantur, ut etiam Malacenſi Epiſcopatui nunciam mitteret. Mortuo autem præfato Aubentono Cardinalis reſpirare incipiens tanta perfundebatur lætitia, ut ad hospiſui fores hæc verba: *Eſt Deus in Iſrael*, majuſculis liberis apponi juberet; eadem autem nocte inviſa manus hæc addidit verba: *Eſt Deus in Iſrael*, ſed *non in Alberonio, nec in horto ejus*, ſed *in pileo ejus*, ubi vero Innocentius XII. hæc verba deleri juberet, mox quidam ad convitiandum proclivis hæc inſcripſit verba: *Eſt Deus in Iſrael: propoſitio damnata ab Innocentio XIII.*

Poſtquam igitur Alberonius die decima Septembris ſupradictum Epiſcopatum in manibus Cardinalis de Gremitibus dimiſerat, Pontifex die vigeſima Decembris habito publico Conſiſtorum Senatu illum ab omnibus cenſurationibus & impoſturis abſolvit, hanc

que in rem orationem habuit, qua absoluta per Secretarium diploma prælegi juſſit, cujus hæc erat ſumma: Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„Arguebatur hucusque Alberonius „Cardinalis de ſceleribus haud paucis, „propter quæ piæ recordationis Cle„mens Papa contra accuſatum ex con„ſilio Congregationis hunc in finem in„ſtitutæ Toletano Archiepiſcopo nego„tium dedit, ut deſuper inquireret: „Priusquam vero neceſſaria relatio ex „Hiſpania Romam deferretur, ni„mis præmatura mors Clementem Pa„pam nobis eripuit, hinc Cardinales præ„fatum Cardinalem ad comitia invita„runt: Hic vero ut ſibi Romæ morari „liceret, a ſacro Collegio petiit, obti„nuitque, ac interea haud obſcura ſin„ceri, ſubmiſſi, humilisque animi ſpeci„mina edidit. Poſtquam vero Inno„centius XIII. ſummum Pontificatum „aſſumpſit, incæpta judicii acta conti„nuari, neceſſarium fore duxit, ac „propterea requiſitam notitiam Toleto „afferri juſſit, quibus in variis Patrum „Conventibus mature diſcuſſis, nul„lum deprehendebatur argumentum, „quo accuſationum capita contra Car„dinalem allata plene probari poſſent, „imo etſi omnes accuſationes veritati „conſonæ forent, non tamen eo usque „valuiſſent, ut propterea Cardinalis

Sæc. XVIII
A. C. 1722.

„Romana Purpura exui potuiſſet. H
„ergo permotus Pontifex neceſſariu
„fore cenſuit, ut finita tandem l
„cauſſa Judici aliisque ad dijudic
„dum hoc negotium deputatis æq
„num imponatur ſilentium, cunſta
„hucusque hac in re agitata abole
„tur, proin Cardinalis ab omni imp
„labe abſolvatur, quin ſeſe de acc
„tionibus in eum intentatis perpurg
„aut a cæptis contra ipſum judicii
„ſe vindicare, ullo tempore cog
„adeo, ut impoſterum omnibus jur
„ac privilegiis Purpurato Præſuli e
„petentibus libere frui queat &c.„

In ipſius etiam Alberonii favor
Hiſpaniæ Rex, necnon Philippus
relianenſis Dux ad Papam literas
bant, quæ in Cardinalium Congr
tione in ædibus Cardinalis Decani
bitis die decima Decembris præl
bantur, & non parum accuſati in
centiam comprobabant, quapro
ipſemet Pontifex, totumque Sac
Collegium ac paulopoſt exterorum P
cipum Miniſtri, Præſules, omnes
Romani Nobiles ipſum honorifica
tulatione decorabant.

§. LXXI

Sæc.XVIII.
A. C. 1722.

§. LXXXIII.

Ludovicus XV. Franciæ Rex Rhemis Sacro oleo inunctus.

Priusquam Ludovicus XV. Franciæ Rex aliena tutela emancipatus declararetur, Philippus Aurelianenſis Dux, qui hucusque Regnum administrabat, cuncta ad tranquillum regimen neceſſaria diſponere parabat, ac præprimis Noaillio Duci per Monchenium die decima quarta Junii ſignificari juſſit, ut Aula ad ſuas ditiones excederet, nullius quidem criminis illum haberi reum, in ejus tamen utilitatem hoc exilium a Rege fuiſſe decretum: Suſpicabantur nihilominus non pauci, quod Cardinalis Du Bois huic Duci minus propenſus hanc fabulam cudiſſet, eoquod Regem in eum nimis propenſam fovere benevolentiam probe noſſet, aliunde vero Dux Cardinalem Noaillium Patruum ſuum in Confeſſionum approbatione Patri Legniero deneganda firmaſſet. Haud magis benigna ſors Villaregium Marchionem Veteranum Regis adoleſcentis Moderatorem ac ſupremum Aulæ Præfectum expectabat; Aurelianenſis enim Dux die decima ſeptima ejusdem Menſis illum urgebat, ut Adjutorem ſibi adjungi conſentiret, eo-

Hiſt. Univ. t. 8. Period. II. c. 2. pag. 620. Dorſan. Journal t. 2. pag. 126.

Sæc. XVIII. A. C. 1722

quod ob grave ſenium Regem Veri-
lias. Rhemosque comitari haud pote-
Aſt Marchio intrepide Aurelianenſis r-
ſpondit; *ſua Majeſtas me officio meo ſp-
liare intendit, id tamen in ejus arbitr-
haud repoſitum eſt; eadem enim auctori-
quæ Majeſtatem veſtram Regni Regentr-
me quoque Regis Moderatorem conſtitu-*
Comitabatur equidem Regem Veri-
lias euntem, ibidem tamen die dec-
Auguſti Philippus Aurelianenſis D-
per Marchionem de La Fare eidem n-
nuntiari juſſit, ut illico Pariſiis adg-
tilitiam ſuam ditionem exularet, q-
etiam militum ſatellitio cinctus eo d-
ducebatur, ipſo Rege Viri tam be-
meriti vices tam dolenter complora-
ut integro die in acerbas effuſus q-
relas nec cibum nec ſomnum cap-
vellet, & placari haud poſſet, do-
ei Dux Bethunius intimus Villar-
amicus in Moderatorem ſubrog-
effet. Adverſa horum fortuna omn-
illis, qui Philippo Duci arctiore am-
tiæ vinculo copulati erant, ad alt-
viam ſtraverat. Hos inter Cardi-
du Bois primas tulit; cum enim ſe
ma ſemper fide Aurelianenſi addi-
ſibi ab eodem demandata negotia a-
terrime executus fuiſſet, viciſſim P-
lippus Dux eum non modo intim-
dixit Conſiliarium, ſed etiam ite-
deco-

decreto sanxit, ut deinceps Cardinales in Regis Senatu proximum post Regiæ stirpis Principes locum occuparent: Reclamabant quidem Duces & Franciæ Pares necnon Auguſſeau Regni Cancellarius, VillariusMarchio & Noaillius Dux, qui in Senatu comparere, constanter renuerant, ac propterea a Regente suis sedibus ac salariis privati sunt, imo Cancellarius, qui pertinacius obstiterat, suo officio amotus est, subrogato Armenonvilleo. Nec hic stetit præceps hujus Cardinalis fortuna; insuper enim in supremum Regis Ministrum electus, ac pinquissima Abbatia Winoxbergensi auctus, Richelio & Mazarinio meritis non modo æqualis sed & superior deprædicabatur. Interim agebatur de Rege Sacramento Chrismatis confirmando, quo munere Noaillius Cardinalis utpote Archiepiscopus Diæcesanus, fungeretur: Aſt Cardinalis Rohanius tanquam supremus Regis Eleemosynarius idem jus sibi arrogabat; Noaillius tamen scriptum edidit, quo Eleemosynario Episcopales functiones in Aula peragendi nec jus nec privilegium suffragari demonstrabat. E contrario autem Rohanius hujus controversiæ decisionem Regi relinquit, cujus judicio, cum tres Regii Principes, Burgundus, Andegavensis & Bi-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

turicensis olim ab ipso ut Eleemosyna-rio hoc Sacramentum recepissent, Rhanius etiam Ludovicum Regem die nona Augusti in Abbatia S. Cyri sacri chrismate præmunire jussus est. Solemnior longe festivitas indicebatur al vigesimam quintam Octobris diem, qu Ludovicus XV. Franciæ Rex pro mor Rhemis sacro oleo inungeretur, Hi ergo die decima sexta ejusdem Mens Versaliis profectus, comitantibus eum Aurelianensi, Carnutensi, Borbonio Contio; & Carophiensi Ducibus, alisque primæ Nobilitatis Proceribus d vigesima secunda Octobris Urbem in gressus est. Præstituta autem solemn atis die Andegavensis Episcopus luc lentam habuit orationem, qua finita, decantato solemni sacro Rex in Eccle Metropolitana B. V. Sacro oleo, qu a Laudanensi Episcopo in lagenula a latum inaudita pompa in patena au rea Calici S. Remigii impositа effus erat, in vertice ab Archiepiscopo Rh mensi injungebatur his verbis: *Un Te in Regem de Oleo sanctificato in n mine Patris* &c. postea Regium di dema, quod Aurelianensis deferebat eidem imponebatur, ceteraque Reg insignia solemni ritu tradita. Tenu hæc festivitas quinque horas, & quam vis Rex Sacram Synaxin sumpto etia cibo

cibo recipiendi gratiam a Papa recepiſſet, jejunus tamen Divino Epulo paſci voluit. Huic ſolemnitati nulla fæmina Nobilis præter Carolinam Eliſabetham Philippi I. Aurelianenſis Ducis Conjugem Viduam, Aurelianenſem Viduam & Lotharingiæ Duciſſam intereſſe permittebatur: ipſa etiam Maria Anna Philippi V. Hiſpaniæ Filia, Regisque conjux, quamvis die decima quarta Auguſti anno priori deſponſata, hocque anno die nona Januarii in Franciam deducta eſſet, quia tamen Rex (*) nonniſi duodecimum ætatis annum, ſeptem Menſes & aliquot dies attigiſſet, ab ejus conſortio adhucdum ſegregata erat: Rex autem ipſa die ſuæ inaugurationis adamante octoginta millionum exornatus eſt. Sæc. XVIII. A. C. 1722.

§. LXXXIV.

Lis inter Herbipolenſem Epiſcopum, & Fuldenſem Abbatem rurſus mota.

Hoc item anno controverſia, quæ per ducentos ferme annos inter Herbipolenſes Epiſcopos & Fuldæ Abbates agita- *Hübn. ſuppl. num. 44.*

(*) Juxta Regni Gallici leges Rex ſui juris eſſe non cenſetur, niſi poſt expletum decimum tertium ætatis annum cum uno die.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

agitabatur, amica, non tamen firma transactione composita est. Episcopi Herbipolenses jus Diæcesanum in hos Abbates sibi competere contendebant, sed sæpius Rotæ Romanæ judicio ac sententia caussa ceciderant, jam enim Fuldense Monasterium anno Christi septingentesimo quadragesimo primo a S. Zacharia Papa exemptionis privilegio munitum erat, & Sylvester II. Papa Anno 999. Abbatibus Fuldensibus inter Germaniæ & Galliæ Abbates Primatum, exemptionemque concessam confirmavit, eisque jus ad Sedem Apostolicam appellandi more Episcoporum indulsit, nulliusque Diæcesis esse declaravit. Inde vero inter Episcopos Herbipolenses graves super Jurisdictione Ecclesiastica lites in quibusdam locis exoriebantur; quamvis enim Hi Abbatiam Sedi Apostolicæ immediate subjectam esse faterentur, hanc tamen exemptionem ad universum populum & Clerum etiam sæcularem extendi posse, negabant, cunctasque terras quæ trans Fuldam Orientem respiciunt Herbipolensis Episcopi jurisdictioni subjectas esse contendebant. Enimvero anno præteriti sæculi sexagesimo secundo hæc lis mutuo consensu Philippum ab Ehrenberg Episcopum inter & Abbatem inito composita erat, convenitumque,

tumque, ut Herbipolensis Episcopus jurisdictionem Abbatis quasi Episcopalem agnosceret in *prima*, ut vocant, *instantia*, salvo tamen semper jure Metropolitano, & appellationis in secunda Instantia, ac insuper ex gremio quidem semper Fuldensis Abbas esset eligendus, facta tamen electio Herbipolensi Episcopo esset significanda &c. Verum mortuo Philippo Episcopo ejus Successor Franciscus de Hazfeld huic conventioni obstitit, totamque Caussam denuo ad Romanam Curiam detulit, in qua anno hujus sæculi secundo concordia prius inita fuit declarata tanquam invalida, eoquod Philippus jura Ecclesiæ Herbipolensis sine Sedis Apostolicæ consensu abdicare & abalienare haud potuerit, præcipue cum legitima caussa, scilicet necessitas aut evidens Ecclesiæ utilitas abfuerit. E contrario Fuldenses possessionem quadragenariam oppofuere, quam tamen Herbipolenses haud sufficere caussati, immemorialem requisierunt: Tandem hoc anno inter eos nova rursus inita est concordia, vi cujus Abbati separatum territorium cum amplissimo jure in utrumque Clerum, omnesque functiones a potestate quasi Episcopali dependentes exercendi auctoritas fuit asserta: Verum nec hæc concordia Romanis Pontificibus ac Her-

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Herbipolensibus Episcopis plene probatur: hanc tamen controversiam dirimendi gloria erat reservata Benedicto XIV. Pontifici æterna memoria dignissimo.

§. LXXXV.

Novi tumultus in Helvetia ob formulam consensus exorti.

Hotting. Hist. Helvet. t. 4 p. 268.

Eodem tempore, quo Acatholicorum Principum Oratores ad conciliandas Lutheri & Calvini sectas decumanum, frustraneum licet, laborem adhibebant, inter ipsos Calvinistas Helvetios acerrima recruduit Religionis dissensio: Erant semper Calviniani Cantones sicut tenacissimi rigidiorum Calvini opinionum, ita & acerbissimi hostes doctrinæ de gratia universali. His pro aris & focis adstipulabantur Genevenses; sensim vero quorumdam stomachus crudas Particularismi dominantis sordes concoquere haud ultra poterat. Jamjam in Dordraceno Conciliabulo Matthæus Martinius Bremensis Præco, aliique durissima consectaria ex hoc errore profluentia nauseabant, ac propterea unacum Camerone & Amyraldo hujus doctrinæ cruditatem adinvento Universalismo Hypothetico mitigare adlaborarunt. Genevæ etiam Tro-

Tronchinus Præco aliique gratiæ universalis speciem invehere moliebantur, apertius alii tradebant, Salvatoris nostri mortem *omnibus* prodesse, ac Deum sufficientem gratiam *omnibus* dedisse: Inde vero anno præteriti sæculi septuagesimo primo universa hæc Civitas & singulæ familiæ in funestas scindebantur factiones: Manum negotio admovet Magistratus, atque a viginti quinque Virorum consilio lis ad ducenarios devolvitur. Habetur hac de re disputatio præsentibus loci Prædicantibus. Afferuntur a vicinis exterisque locis literæ, & monita, & preces, ut gratia particularis strenue ac immote propugnaretur: Stetit pro ratione voluntas Magistratus, cujus auctoritate promulgatum est decretum, per quod universalis gratia in perpetuum proscripta, ac omnino interdicta sit. Ast vitio omnibus sectis communi paulopost accidit, ut exsiccaretur fœnum, & caderet flos, quia Spiritus Domini sufflavit in eo, solumque Verbum Domini manet in æternum. Non pauci enim ex ipso Magistratu & Prædicantibus universalem gratiam scriptis Anonymis propugnabant: alii econtrario unice semel receptum errorem tuendi contentione permoti, sub falso conscientiæ, Deique nomen sanctificandi prætextu universalem

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

lem Dei gratiam impugnabant. His quoque prævalentibus ex mandato Tigurini Magistratus Joannes Henricus Heideggerus Præco decantatam *Formulam consensus* anno Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto edidit; totumque Universalis gratiæ dogma proscripsit. Hanc formulam adoptabant primo Tigurini, postea Bernenses, Basileenses, Schaffhusani, ac denique Genevenses, omnesque Theologiæ Candidati huic formulæ subscribere cogebantur his verbis. *Sic sentio.* Lausonienses vero & Vaudenses hanc formulam signare constanter recusabant, & non modo Walchium Cantuariensem Pseudo-Archiepiscopum, sed & omnes Lutheranos in Helvetia, imo & ipsum Fridericum Borussiæ Regem literis sollicitabant, ne læsa conscientiæ libertate ad formulæ subscriptionem vi adigerentur. Eorum votis annuens Rex, die vigesima prima Februarii hoc anno ad Calvinianos Pagos hæc perscripsit: „Cum utriusque Religionis Sectatores „arctiorem unionem inter se stabilire „conentur, neminem tamen ad id, de „quo convictus non est, credendum vel „profitendum adigere intendant, sed „unice quærant, ut tam Calvinistæ quam „Lutherani, qui aliunde in fundamen„talibus articulis conveniunt, quantum „fieri

„fieri poterit, fraterna concordia unian-
„tur, & circa accidentalia invicem non
„altercentur &c. hinc non ſine mærore
„ſua Majeſtas percepit, quod præcipue
„apud Tigurinos & Bernenſes Præco-
„nibus & Profeſſoribus denuo quædam
„formula aliique aſperiores de præde-
„ſtinatione articuli, qui tamen nec a
„Proteſtantibus imo nec etiam ab om-
„nibus Calviniſtis adoptati probatique
„ſunt, obtrudantur: cum ergo nemo
„cogi poſſit, ut profiteatur, de cujus
„veritate convictus non eſt, hinc ſua
„Majeſtas rogat, ne neceſſariam inter
„Proteſtantes concordiam per præfa-
„tam formulam, immoderatamque ſe-
„veritatem præpediant, ſed hac in re
„cuilibet plenam libertatem relinquant,
„& duntaxat Confeſſionem Helveticam
„tueantur, præcipue cum doctrina de
„univerſali aut particulari gratia ſat
„expreſſe in ſanctis Literis tradita non
„ſit &c.„ Adverſus ipſam hanc formu-
lam etiam declamabat Angliæ Rex hæc
ad Helvetios perſcribens: „Formula
„conſenſus in variis Helvetiorum Pagis
„a pluribus annis recepta graves in
„Germania concitavit turbas, ſimulque
„inter Fratres ſperatam Proteſtantium
„unionem impedivit, quocirca hos ac
„præcipue Tigurinos & Bernenſes hor-
„tamur, ut pacis ſtudio nullus huic for-
„mulæ

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„mulæ ſubſcribere compellatur.„ Eo-
dem ferme tenore Ratisbonenſes Prin-
cipum Legati ad Bernenſes & Tigurinos perſcripſere die duodecima Maij. Ad horum Principum monita aliorum Pro-
gorum Prædicantes iidem, qui hanc formulam ratam haberi ardentius olim poſtulabant, non modo illius ſubſcrip-
ptionem urgere deſtitere, ſed inſuper die vigeſima ſexta Maij coram Senatu declararunt, huic formulæ, utpote ex-
oſæ, ac nequaquam neceſſariæ, & quæ inſuper Proteſtantium unioni obſtaret, haud ultra inſiſtendum eſſe. Nihilo-
minus Bernenſes ac Tigurini biduo poſt præfatis Regibus & Principibus ſignifi-
carunt, quod quamvis hac unione ni-
hil optabilius haberent, ſperarent ta-
men, quod eorum libri Symbolici, quos inter formula Conſenſus poſt maturam & diuturnam deliberationem ex gra-
viſſimis cauſſis ab omnibus Helveti-
prout ab ipſorum Majoribus recepti ſent, An. 1675. accepta fuit, & in hanc usque diem ſine omni conſcientiæ r
aut innovatione ſubſiſtit, nequaquam directe vel indirecte Eccleſiarum unio-
obſiſtere valeat. Idem ſeſe jamjam a
Regis Boruſſiæ Avum Anno 1686. die octava Maij perſcripſiſſe annotabant. Audaciores erant Bernenſes, qui die decima ſexta Junii Lauſonienſibus ha-
ſub-

subscriptionem pro summo imperio imposuere: Verum hi die trigesima Januarii Angliæ & Borussiæ Regum opem implorabant, ad quorum etiam preces Borussus die sexta Aprilis rescripsit, quamplurimis hanc subscriptionem esse exosam, proin eos ab hoc onere esse liberandos: nihilominus obstinati die decima septima Junii nomine omnium Pagorum responderunt, se nullius conscientiæ vim intulisse, eoquod hanc formulam non tanquam fidei articulum, sed ut uniformis doctrinæ Regulam obtrusissent, si tamen hæc subscriptio unioni obstaret, quamprimum jactata concordia plene confecta esset, hanc quoque formulam abrogare parati forent. Postea calamis utrinque acriter certatum, & Hamburgenses, Rostockienses aliique Prædicantes hanc formulam utpote *dissensionum fomitem* fæde prosciderunt, Regnumque in se divisum, desolatumque reliquerunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

§. LXXXVI.

Synodi Diœcesanæ Monasterienſis Decreta.

Hoc anno die decima septima Martii Clemens Augustus Bavariæ Dux, & Monasterienſis necnon Paderbornensis Episcopus Monasterii Diœcesanam celebra-

Collect. Concil. Germ. t. 10. p. 426.

Sæc. XVIII. A. C. 1722. lebravit Synodum, in qua deplorabat, quod in variis hujus Diœcesis Parochiis utriusque sexus homines dentur nonnullius frugi, mendaces & impostores, qui pro captando lucro, & decipienda rudi plebecula varia fingunt somnia, spirituum apparitiones comminiscuntur & morborum causas, adversaque fata hujusmodi spiritibus apparentibus temere tribuunt &c. media quoque prescribunt, adhibentque superstitiose benedictiones, verba Sacra &c. quibus effectum infallibilem adscribunt. Ea propter Synodus severissime præcepit, ejusmodi homines ad Superiores a Parochis, aliisque Curatis deferantur & quia hujusmodi pythonissæ & Ariol convinci difficulter possunt, nisi testimonio complicum, hinc eis impunitatem pollicebatur Synodus, aliis vero qui cum ejusmodi ariolis communicasse aliunde constabit, gravissimam pœnam irrogandam esse decrevit, hocque suum decretum in vernaculam linquam translatum in omnibus Parochiis promulgari præcepit.

Insuper Fisco Ecclesiastico injunxit ut agat contra Parochos sæculares, qui Regulares constanti servitio in cura animarum cooperantes retinuerunt, & sæculares pro cura legitime approbatos assumere neglexerunt.

§. LXXXVII.

Sæc.XVIII. A.C. 1722.

§. LXXXVII.

Variæ ſummi Pontificis Conſtitutiones & SS. Congregationum decreta.

Primo Pontificatus anno Innocentius XIII. Papa paucas admodum edidit Conſtitutiones, inter quas præcipue ſunt, quibus Univerſale indixit Jubilæum, & gratias & privilegia, quibus plures Pontifices Urbinum Civitatem Clementi XI. Patriam ornaverant, confirmavit, auxitque, ac denique Cuſtodi & Quardiano S. Sepulcri conceſſit poteſtatem conferendi Sacramentum Confirmationis, Oleo & Chrismate ab Epiſcopo benedictis, ſi novum haberi nequit, etiam veteri: Indulſit denique Pontifex Venetis, ut pro reparanda Corcyrenſi Urbe usque ad Annum 1728. ex omnibus Eccleſiaſticorum boni decimum nummum colligere valeant, ipſemet quoque eis quinquaginta ſcutatorum millia hunc in finem erogavit. Pariter Sacra Congregatio Inquiſitionis die vigeſima tertia Martii contra librum P. Hyacinthi Serry decretum edidit tenoris ſequentis: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum & R R. D. D. S. R. E. Cardinalium in tota Republica Chriſtiana contra hæreticos &c. . . .

Bull. magn. Conſt. Innoc. XIII. tom. 8. S. Congr. Rit. Indic. Deciſ. Index lib. proh. p. 255.

Sæc. XVIII. A. C. 1722. De Mandato S. S. D. N. Innocentii Papæ XIII. cui relata fuerunt cum prefatis censuris eorumdem Eminentiorum vota, præsenti decreto probet & damnat librum, cui titulus: Exercitationes historicæ, criticæ, polemicæ de Christo ejusque Virgine Matre, quibus Judæorum errores de promisso liberatore nova methodo refelluntur Christianæ Religionis mysteria omnia a certam historiæ fidem eriguntur, explicantur, defenduntur, habitæ in Academia Patavina a Fr. Jacobo Hyacintho Serry, primario ibidem S. Theologiæ Professore, Doctore Sorbonico, Ordinis Prædicatorum, Venetiis 1719. quo, quam plurima continentur temeraria, scandalosa, pernicioſa, injuriosa in Sanctos & celebres Ecclesiæ scriptores, piarum aurium offensiva, & temdentia ad subversionem simplicium, itaque librum &c.

Cum autem occasione Jubilæi a Pontindicti Canonici Genuenses contenderent, sibi Eleemosynas, quæ fiunt in Cathedrali, distribuendi jus competere eoquod in Bulla diceretur: *ac Pauperibus aliquam Eleemosynam*, PRO UNICUIQUE *suggeret devotio, erogaverint.* E contrario autem Archiepiscopus id sibi convenire putaret, [illegible] propositâ hac causâ Sacra Episcopo[illegible]

Congregatio die quinta Martii respon- Sæc. XVIII.
dit, hanc distributionem Archiepiscopo A. C. 1722.
ex capsulis expositis occasione Jubilæi etiam in Ecclesia Metropolitana competere, hancque caussam non amplius esse proponendam,

Præterea Capitulum Metropolitanæ Eceleſiæ Brunduſinæ loco faciendi processionem in Dominica palmarum per circuitum propriæ Eccleſiæ, ab antiquissimo tempore solitum est illam ducere ad locum quemdam, cui hebraicum nomen est: Hosanna, latine, salvum fac, extra mœnia dictæ civitatis positum, in quo ex antiqua pariter consuetudine a sacra Congregatione Rituum tolerata seu approbata Anno 1711. solitum est legere græca lingua Epistolam illam & Evangelium, quod in aliis Eccleſiis legitur latino idiomate: deinde vero loco aperiendi portam majorem propriæ Eccleſiæ eo tempore, quo canitur, solita illa Antiphona: *Attollite portas &c.* illam cantat ante januam civitatis, vulgo *Mesagna* ibique peragere solet ceteras S. functiones, quæ in aliis Eccleſiis fieri solent ante Januam majorem cujuslibet Eccleſiæ. Ad hanc solemnem processionem tanquam publicam concurrit uterque Clerus, sed Patres Dominicani se opposuerunt hujusmodi consuetudini, habitoque recursu

Sæc. XVIII. A. C. 1722

ad S. Episcoporum & Regularium Co-
gregationem & proposito dubio: a
*Patres Dominicani conventus S. Mariæ
Magdalenæ & conventus S. Dominici ci-
tatis Brundusinæ, teneantur accedere a
prætensam publicam & solemnem proces-
nem, quæ singulis annis, die Domin
palmarum dirigitur ab Ecclesia Cathedra
usque ad locum seu Ecclesiam Hosanna vo-
cupatam extra mœnia dictæ civitatis?* Re-
sponsum fuit affirmando, eos tene
Die autem vigesima quinta ejusde
Mensis S. Rituum Congregatio declara-
vit, Officium S. Joannis de Deo, a
S. Isidori tanquam Doctoris imposterum
sub ritu duplici ab omnibus Christi fi
delibus utriusque sexus esse celebra-
dum: Eadem quoque Congregatio de
dulsit, ut Officium proprium & Mis
pro solemnitate Sanctissimi Redempto-
ris approbatum ab universo Clero u
riusque sexus sub ritu duplici celebra
possit. Patribus quoque Calceatis Au-
gustinianis concessit, ut Officium Pe
trocinii S. Josephi sub ritu duplici se
cundæ classis tertia Dominica post Pa
scha recitare & celebrare valeant. Of
cium vero S. Pauli primi Eremi
S. Congregatio die undecima Julii a
ritum duplicis minoris evexit. D
vero vigesima secunda Augusti Eade
Congregatio declaravit, quod Episcope
unus

unius Ecclesiæ deputatus administrator alterius, in functionibus Pontificalibus non gaudeat omnibus illis prærogativis, quibus alii Episcopi fruuntur in propriis Diæcesibus: sique sit Administrator amovibilis, dum cantat Missam & Vesperas in Pontificalibus, non possit sedere super Cathedra Pontificali, nec uti Baculo Pastorali sed sedere debeat super Faldistorio prope Altare sine Baculo, & sine Candelabro septimo & sacris vestibus indutus tantum tribus Canonicis, scilicet, Diacono, Subdiacono, & Presbytero, omnes tamen Canonici eum, dum ad Cathedralem accedit, in Episcopali æde excipere & ad Portam Ecclesiæ comitari deberent, nec tamen is possit concedere Indulgentiam quadraginta dierum, nec quoque anniversarium suæ consecrationis pro eo fieri debeat, minus vero in Missa a Capitulo & Clero cantata ejus Nomen sit memorandum in Canone a Celebrantibus.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Die vigesima secunda Augusti propositus fuit casus sequens: A sexennio & ultra Joseph Pichi Apostolica auctoritate provisus fuit de Præpositura, tanquam de prima dignitate, in Ecclesia cathedrali Burgi S. Sepulchri, & uti talis primum locum in omnibus functionibus semper pacifice obtinuit,

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

eodem prorsus modo, quo illum sem- per obtinuerunt omnes illius Præde- cessores, Anno vero 1620. die 13. Mai a Clemente undecimo decoratus fuit Privilegio Protonotariatus Apostolici cum omnibus & singulis honoribus & prærogativis solitis, quibus uti & gau- dere posset, in hujus literalis indult executionem die 5. Martii 1721. acce- sit ad chorum cum dicto habitu ad ef- fectum assistendi sanctis functionibus Recurrentibus autem aliis Dignitatibus inferioribus, & aliquibus Canonicis ad Episcopum, extorserunt ab eodem in- hibitionem, ne dicto habitu uteretur adversus quam habito recursu ad eun- dem Episcopum, iste post plures judi- ciales actus, & temperamenta absque ullo fructu proposita; remisit Partes ad sacram Rituum Congregationem in qua proposito sequenti dubio vide- cet: *An Præposito Cathedralis Burgi S. Sepulchri, qui est Protonotarius Apo- stolicus de numero non participantium lice- sedere in choro, aliisque functionibus Ec- clesiasticis, incedere cum habitu prælatitio nempe Roccheto, & Mantelleta, & sua retinere locum & stallum, reluctantibus ce- liis dignitatibus & Canonicis? Respon-* fuit, affirmative amissis distributionibus quotidianis, & ut amplius causa non proponatur; demandatum est.

§. LXXXVII.

Sæc.XVIII.
A.C. 1722.

§. LXXXVIII.

Celeberrima editio orationum Consistorialium Clementis XI. Papæ.

Hoc item anno Romæ nonaginta quatuor orationes Consistoriales Clementis XI. Pontificis Maximi Hannibal Cardinalis Albanius S. R. E. Camerarius suis sumptibus tanta elegantia, qua major in nullo hucusque libro reperta est, edi curavit, ipsusque cuncta ferme exempla ad Europæ Principes transmisit; quocirca raro hoc opus in privatis librorum scriniis reperire est: An vero Albanius cunctas Patrui sui orationes iisdem omnino verbis, quibus in Purpuratorum Senatu pronuntiatæ fuerunt, prælo subjecerit, dubium moveri posset, ex eo, quia in Pagina nonagesima prima quædam abscissa videntur, & in abscissis foliis, quæ ex injuria in exemplaribus fuere relicta, plura legantur, quæ in toto corpore desiderantur: Ceterum Albanius Cardinalis elegantissimum hoc opus Innocentio XIII. nuncupavit, adjecta hac epistola notatu dignissima: *Clement. XI. opera. p. 1.*

„Quod Sanctitati suæ humiliter of-
„fero Orationum Consistorialium volu-
„men, sinceram, genuinamque continet

Sæc. XVIII. A. C. 1722. „tui Præceſſoris imaginem, quam ea
„benigniori vultu excipiendam a Te
„fore arbitratus ſum, quo certius mo
„externa corporis lineamenta, ut co
„loribus depictæ tabulæ ſolent, ſed
„præſtantes illius animi dotes, quæ
„longe majori in pretio apud omnes
„habitæ ſemper fuere, luculenter ex
„primit, & ob oculos ponit. In ipſis
„ſiquidem orationibus, Beatiſſime Pa
„ter, eximium conſpicies Zelum, quo
„Clemens XI. perpetuo flagravit, ut
„fidem vel in propinquioribus regioni
„bus incorruptam, & ſartam tectam
„cuſtodiret, vel ad remotiſſimas usque
„orbis terrarum nationes extenderet,
„& propagaret. Incenſum præterea
„& conſtans agnoſces Eccleſiæ Jura
„Apoſtolicæque Sedis authoritatem
„tuendi ſtudium, ac eloquentiam, ſi
„cram equidem, qualis ſummum Pon
„tificem plane decet, ſed non incom
„ptam, imo nec illis deſtitutam lumi
„nibus, ac ornamentis, quæ gratiam
„operi, & pretium apud eruditos, ac
„eos præſertim, qui latini ſermonis pu
„ritatem, atque nitorem amant, con
„ciliare conſueverunt. Verumtamen
„ut conſilium ſuſciperem eas ſanctiſſi
„mo tuo inſcriptas Nomini in lucem
„proferendi, illud præcipuo mihi incre
„tamento fuit, quod illuſtre in ipſis
„ali-

„argumentum invenies egregiæ opinio-
„nis, & existimationis, quam Author
„de præclaris virtutibus tuis jamdudum
„animo conceperat, & reipsa palam
„declaravit, dum Te inter primos ad
„amplissimam Cardinalatus dignitatem
„evexit. At quam uberi gloriæ fæ-
„nore erga Clementem XI. quot, quan-
„tisque erga illius familiam beneficiis,
„Sanctissime Pater, accepto beneficio
„vicem rependisti? quod ad ejusdem
„Pontificis gloriam attinet, satis fuerit
„tuam ad Catholicæ Ecclesiæ regimen
„assumptionem intueri; quæ jam una-
„nimi omnium Electorum consensu,
„communique nationum gaudio peracta
„sit, locuples jam testis est acerrimi,
„gravissimique judicii Prædecessoris tui
„in iis deligendis, qui ad supremas
„Sanctuarii cathedras extolli deberent.
„Quod autem ad Albanæ gentis ratio-
„nes pertinet, nemo propemodum in
„ea censetur, qui inter ipsa Imperii
„tui primordia gratiis, & honoribus
„munificentissime cumulatus a Te non
„fuerit, quæ vero clementia Tua libe-
„rali manu in nos contulit, maxima
„beneficia, hic singillatim persequi mihi
„longum, ac in medium afferri Tibi for-
„sitan ipsi grave, atque molestum acci-
„deret; cum magni, excelsique animi
„Principibus, qualis plane est Sanctitas
„tua,

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

„tua, libenter beneficia, divinitatis
„exemplo, tribuere, & æque libenter
„ea oblivisci solemne sit. Nulla autem
„ætas illorum in nobis extinquet me-
„moriam, omnique tempore nos & gra-
„tissimos profitebimur debitores, & fun-
„ditos maxime fideles præstabimus San-
„ctitati tuæ, cui sinceros hosce cordium
„nostrorum sensus ipsa, ubi opus fuerit,
„sanguinis effusione comprobare, te-
„statosque facere parati erimus. Ce-
„terum si una tantum familia præcla-
„ris adeo ornata a Te fuit beneficiis,
„qualia profecto in ea, in qua versa-
„mur, temporum difficultate Ecclesia
„Dei a Sanctitate tua sibi merito pol-
„ceri non poterit? communis cere-
„plausus, quo Catholici Principes ani-
„versi tuam ad Apostolicam Sedem
„provectionem exceperant, firmam nos
„in spem adducit fore, ut finis aliquan-
„do imponatur vexationibus ærumnis-
„que illis, quibus tamdiu Ecclesia ipsa
„ubique fere locorum per manifestam
„injuriam afflicta fuit. Ego vero, qui
„diuturno viginti, & amplius annorum
„spatio non tam publicarum calamita-
„tum, quam invictæ Constantiæ, pi-
„defessæque Clementis XI. vigilantis
„proximus spectator exstiti, eam tem-
„porum felicitatem Sanctitati suæ con-
„ceptis votis auguror, ut occasio Tibi
„præ-

„præbeatur illam animi moderationem Sæc.XVIII.
„in prosperis adhibendi, quam Defun- A.C. 1722.
„ctus in adversis ostendere compulsus
„fuit. Hæc enixis insuper accuratis-
„que precibus a Divina Clementia fla-
„gitare nunquam intermittam; dum in
„genua provolutus sanctissimos tuos
„pedes, qua par est, veneratione de-
„oscular.„

Non minus eleganter idem Cardinalis Albanus viginti octo ejusdem Pontificis Homilias typis edi curavit: Rotæ tamen Senatores Innocentium XIII. rogabant, ut præfati Pontificis Bullas imprimi, prohibere velit, eoquod in illis nonnulla essent, quæ hujus Tribunalis auctoritati derogarent. Verum impellente Albano Pontifex has quoque in unum volumen colligi, ac prælo subjici concessit.

§. LXXXIX.

Georgii de Cornaro Cardinalis obitus.

Sacrum Purpuratorum Collegium hoc anno nonnisi unius Collegæ mortem luxerat. Erat is Georgius Cornaro seu Cornelius patria Venetus ex pervetusta hujus nominis Patricia stirpe progenitus. Adscribebatur juvenis Equitum Melitensium Ordini, Prioratu Cretensi suæ

Guarnac. vit. Card. t. 1. p. 473. Vitæ Card. t. 1. p. 286.

Sæc. XVIII. A. C. 1722. fuæ familiæ hæreditario auctus. Liberalibus postea incubuit disciplinis Veronæ in Collegio Clericorum Regolarium de Somasca. Patavium inde profectus intentum Philosophiæ & Jurisprudentiæ animum adjecit, ibidem Doctoratus Laurea ornatus: His disciplinis excultus, unacum suo Patre apud Hispanos Legato totum hoc Regnum, necnon Lusitaniam perlustravit, ac demum solus in Franciam delatus, mox Angliam, pluresque Germaniæ Urbes invisit, ibique substitit, usquedum Argentoratensi urbe ad deditionem coacta Ludovicum XIV. Triumphatorem, ac solemnem ejus ingressum conspexisset. Redux in patriam militiæ nomen dedit, ac navalis Armamentarii Præfectura donatus, rara suæ fortitudinis specimina variis in occasionibus edidit: unde ad majora natum censente Republica, Legatus in Galliam decernitur, habitus ab omnibus ad arduum hoc munus rite obeundum præceteris dignissimus: solus tamen ipse, quæ alii ad rabiem usque ambiunt, mature non minus ac generose spernere edoctus, hoc munus acceptare recusavit, relictaque toga a Gregorio Cardinali Barbadico Clericali tonsura Anno 1690. initiari petiit. Eodem anno Romam profectus, ab Alexandro VIII. Papa

Papa Protonotarius, Cameræ Apoſto- Sæc.XVIII.
licæ Præſes ac Rituum Congregationis A. C. 1722.
Conſultor & Legatus ad oras Adriatici maris nominabatur: Evecto demum ad Pontificatum Innocentio XII. Rhodienſis Archiepiſcopus, & ad Luſitaniæ Regem Legatus, ac tandem Cardinalis Presbyter electus, Patavinam Eccleſiam Epiſcopus regendam ſuſcepit, ubi ab Academicis, utpote non modo eximius Literatorum fautor, ſed ipſemet omnigena eruditione clarus, ingenti gaudio excipiebatur. Proventus ad literarum augmentum a ſuo Prædeceſſore plurimum auxerat, omnemque impenderat operam & expenſas, ut celeberrima Muratorii Anecdota latine & Græce, publicam lucem aſpicerent. Erexerat inſuper ſuo ære Seminarium, in quo Clericos Sacratioribus diſciplinis, & variis linguis imbui curabat, ne vero illi juvenes, quibus ad ſtudia ingenium aut voluntas deerat, otioſi torperent, Pictorum, Sculptorum, Architectorumque Academiam in ſuo Palatio Epiſcopali erexit, ac tyrones non modo crebra ſua præſentia, ſed largiter ſuppeditatis omnibus, quæ ad excolendas has artes conferre poſſent, ad optatum profectum animabat. Totus etiam in procurando Divini cultus incremento erat, ſuosque Canonicos, etſi

Sæc. XVIII. A.C. 1722.

etsi illos velut sua pignora diligeret, ad rigidam Ecclesiæ disciplinam proprio virtutum exemplo, morum innocentia, crebris sermonibus, & vigilantia Pastorali revocare non destitit. Insuper in quatuor Congregationibus suffragium tulit, binisque sacris comitiis interfuit, nulli tamen parti, sed soli meritorum splendori intentus. Demum vero quarta post Fratris sui obitum die ipsemet adversa valetudine pressus, Petavii die nona Augusti ætatis suæ sexagesimo quarto decessit, in gentilitio tumulo sepultus.

Præter Muratorii anecdota Græca insuper suis sumptibus summam Divi Thomæ Aquinatis in Seminarii sui Typographia excudi curabat.

§. XC.

Principum atque Illustrium decessus.

Hist. Univ. t. 8. Period. II. p. 636. Gottfrid. Hist. Chron. cont.

Inter Principes hoc anno denatos principue numerantur sequentes, ac quidem primo Carolina Elisabetha Comitissa Palatina Rheni Conjux Philippi I. Aurelianensis Ducis, qui unicus Ludovici XIV. Regis Frater erat: Decesserat die septima Decembris anno nata septuaginta & unum. Hujus obitum præcesserant die vigesima quinta Januarii Joachimus Fridericus Dux Ho-

Sæc.XVIII. A.C. 1722.

ſato-Plonenſis. Pariſiis die decima octava Februarii Carolina Amalia nata ex Carolo Landgravio Heſſo-Wanfridio, & Franciſci Leopoldi Ragoczy Tranſylvaniæ Principis Conjux, quæ Viennæ Cæſaris juſſu in Monaſterio ad Portam Cæli incluſa, poſtea annuente Imperatore quinto poſt anno unacum Marito ſuo Tirnaviam venit, ſed in Bohemia iterum capta, fuga evaſit, & primo in Saxoniam, inde Dantiſcum, & demum Pariſios delata eſt. Obiit etiam apoplexia tactus die decima tertia Februarii anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſecundo Fridericus Guilielmus Adolphus Princeps Naſſovio-Sigenſis: Madriti Maria Ludovica de Sylva Duciſſa Aſidoniæ: in Moſcovia Princeps Petrus Michael Gallyzin, die vigeſima prima Martii ſeptuagenaria Dorothea Sophia Brunsvicenſis, Joannis Adolphi Ducis Holſato-Ploneniſis Vidua. Die vigeſima quarta Maij Chriſtina Philippi Erneſti Ducis Holſato-Glücksburgenſis Conjux, die decima ſexta Maij Chriſtina Guielmina Friderici Grahovio-Megalopolitani Ducis Vidua, annos nata ſexaginta novem, die ſeptima Auguſti Erneſtus Leopoldus Dux Holſato-Neoburgenſis, die decima ejusdem Menſis Olaviæ in Sileſia Hedwigis Eliſabetha, Principis Jacobi Sobieſcki

Sæc. XVIII. A. C. 1722

Conjux annos nata quadraginta novem, Bononiæ mortalitatem exuit Angela Catharina Eſtenſis, vidua Emanuelis Ducis Cariniani. Die vigeſima prima Auguſti Chriſtina Friderica Filia unica Henrici Ducis Merſeburgenſis. Romæ die vigeſima ſeptima Septembris mortuus eſt Princeps Urbanus Barberini, cujus bona Imperator omnia ſequeſtri nomine detineri juſſit, eoquod Barberinus Cardinalis ſui Fratris vellus aureum Hiſpano Cardinali Aquavivæ, non autem Cæſareo Oratori Cardinali Cinſuegos tradidiſſet. Mortalitatem quoque exuit fortunæ fatis celeberrima Anna Maria Princeps Oſina octoginta ſex annos nata Flavii Oſini Ducis Conjux, ac denique Wilhelmina Carolina Maximiliani Landgravii Haſſo-Caſſelani uxor nonniſi viginti ſeptem annos nata, & Joannes Cornarus Venetorum Dux die decima tertia Auguſti. Ex Eccleſiaſticis primo obiit die vigeſima quinta Decembris Raymundus Ferdinandus S. R. J. Princeps Epiſcopus Paſſavienſis, natus Comes de Rabata anno ætatis ſuæ quinquageſimo quarto nondum exacto, postquam Dei cultum plúribus Templis aut recens erectis aut exornatis promovit, imminutisque tributis populum ſibi ſubjectum ſublevavit: Succeſſorem habuit

habuit Josephum Dominicum Comitem de Lamberg. In Italia decessere Franciscus Bonaventura Pocri Archiepiscopus Salernitanus, Dominicus Calegarius Sicienſis Episcopus, & Durazzius Savonenſis Episcopus anno ætatis suæ septuagesimo nono, & Romæ Siecilius Faventinus Theodosienſis Archiepiscopus annos natus octoginta quatuor. In Polonia Tarlo Episcopus Posnanienſis die decima nona Novembris, & Melitæ Zondadarinus Magnus Equitum Melit Magister, cui succeſſit Antonius Manuel Filius Comitis de Villa Flora Lusitanus. Sæc. XVIII. A. C. 1722.

§. XCI.

Controverſia Academiæ Lovanienſis cum Capitulo Thorenſi circa primas preces.

Jam anno Christi milleſimo quingenteſimo vigeſimo die vigeſima Novembris Leo X. Hadrianus VI. & Clemens VII. &c. Romani Pontifices ad Imperatorum Maximiliani I. & Caroli V. preces, Decano Facultatis Artium ſtudii Generalis Lovanienſis conceſſit, jus conferendi Beneficia, quæ quotannis Menſe Novembri, atque alternis annis Menſe etiam Januario in Urbe, Patria, & Diæceſi Lovanienſi & Leodienſi vacaverint, adeo ut ab hoc De-

Reſponſum Juris Eſpen. duppl. p. 103.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

cano nominati semper præferrentur e- tiam habentibus *Primarias*, ut vocant, *Preces* Regales & Imperiales. Quam- vis hoc privilegium tam Imperatorum confirmatione, quam constanti Acade- miæ usu fuisset stabilitum, nihilomin- tamen dum anno priori in Ecclesia Tho- rensi Canonicatus & Præbenda Mens. Novembri vacaret, præfatum Capitu- lum Thorense Leodiensis Diæcesis mi- non egit, ut Academicum a Decan nominatum Canonicatu & Præben- spoliaret, & Jacobum Delree Primar- precibus munitum intruderet. Hæ controversia ad Romanum Tribunal de volvitur, erigitur ad examinand- Academiæ privilegium Congregati- cujus judicio nominati a Lovanie- Decano *Precistis Imperialibus* præferen- censebantur.

§. XCII.

Scriptores Ecclesiastici hoc anno mo- tui, eorum opera.

Holb. Hist. Eccl. t. 4. pag. 386. Journal des Scavans 1722. Bibl. Franc. t. 1.

Paucos ex Scriptoribus Ecclesiasti- hoc anno denatis adjungere lub- quorum lucubrationes posteris reli- eorum memoriam commendarunt. E his primus occurrit Josephus Lamb- Sorbonæ Doctor, inde vero ob sin- pertinaciam, qua Pontificiæ Consti-

tioni sese opposuerat, ejectus. Scripsit instructiones succinctas & familiares in Evangelia Dominicalia, modum instruendi pauperes, Sanctorum instituta, loca concitandis animis magis opportuna ex Psalmis, instructiones in Decalogum, casus conscientiæ, & epistolas Polemicas. II. Andreas Dacier, qui ejurata hæresi ad sinum Ecclesiæ reversus in uxorem duxerat Annam Le Fevre celebris Tanaqueli Filiam, quæ editis pluribus libris, Græci latinique idiomatis peritia, ac sanæ criseos arte insignis inter Academicos Patavinos locum, & a Rege Ludovico XIV. annuum eruditionis stipendium promeruit, defuncta Parisiis anno priori die decima septima Augusti. Andreas vero ejus Maritus notis atque interpretatione latina illustravit S. Anastasii Sinaitæ anagogicas contemplationes in Hexameron Libris XII. Edidit etiam reflexiones morales Marci Antonini Imperatoris cum notis, Manuale Epicteti unacum quinque tractatibus Simplicii de præcipuis argumentis circa mores & religionem, Vitas Virorum Illustrium Plutarchi, dissertationem de origine Satyrarum, Dilucidationes Historicas, & plurima alia. III. Bernardinus ab Angelis Carmelita Discalceatus scripsit opus Theologicum morale, mysticum,

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

dogmaticum, & Catechisticum juxta mentem S. Doctoris Thomæ Aquinatis. IV. Ludovicus Gerardus de Cordemoy Sorbonæ Doctor ex Ordine Cisterciensium edidit Methodum, qua Patres in pertractandis mysteriis usi sunt, relationem colloquii Lutheri cum Diabolo, Historiam Franciæ, literas novorum Catholicorum in Insula Arvetana contra Jurieum, epistolam cujusdam Advocati ad Filium suum in Angliam profugum contra Systema Juriei, Tractatum de invocatione Sanctorum & de Eucharistia & contra Socinianos, æternitatem inferni, desideria Cæli, varios tractatus & literas polemicas, tractatum de infallibilitate Ecclesiæ & sanctis Imaginibus, SS. Reliquiis, & devotione S. Cordis & Matris Dei.

§. XCIII.

Scriptorum Acatholicorum opera & obitus.

Ex Acatholicis Scriptoribus recensentur. I. Henricus Pippingius qui scripsit dissertationem de curiositate novitatis studio, de Saule per Musicam erecto, memorias Theologorum, de triplici corona Romani Pontificis, & alia multa libri

lius valoris, quæ Anno 1708. collecta sub titulo *exercitationum juvenilium* typis prodierunt. II. Joannes Michael Heineccius publici juris fecit Syntagma historicum de veteribus Germanorum Sigillis, Annales Goslarienses, disputationes de Pauli Dialogomeno, de absolutione mortuorum tympanicorum in Ecclesia Græca, Historiam Historiæ, de Jureconsultis Christianis priorum sæculorum &c, III. Ludovicus Cappellus edidit arcanum punctationis revelatum, critica Sacra a Buxtorfio refutata, historiam Apostolicam illustratam, chronologiam Sacram, commentaria in Apocalypsin & alia quædam. IV. Campegius Vitrigne posteris reliquit Epitomen Theologiæ naturalis, dissertationem de progressu causarum secundarum, & de nomine Spiritus S. secundæ Personæ Trinitatis applicato. V. Joannes Jacobus Schudt scripsit vitam Jephte, Trifolium Hebræo-Philologicum, compendium Historiæ Judaicæ, epistolam de memorabilibus Sæculi XVII. in rebus Judæorum, Judæum Christicidam, genium & indolem linquæ sacræ, & alia quædam. VI. Georg Brendel Fanaticus Pastor, qui sub nomine Gratiani Pantophili edidit fundamenta veritatis de unica

Sæc. XVIII. A. C. 1722.

Sæc. XVIII A. C. 1722.

religione, incrementum Christianismi & illucidation in doctrinæ de conscientia, cum autem in suis libris crassos foveret errores v. g. quod vera Religio se ad omnes sectas diffundat, quod Spiritus sanctus ex natura sit in cunctis hominibus & proprius sit hominibus Spiritus, quod conscientia sit habitus procedens a Patre & Filio. &c. hinc a Wernsdorfio & Chladenio acri lixivio depexus est.